R.me In chro pr et domine Amice nr charme et tanqm fr
honorande. Paucis ante diebus reddite sunt nobis amplissime
vre prem. dnis vre Litterae quae nos magno gaudio affecerunt.
Ex eis enim cognovimus, quod ea vel [illegible] certo scivimus
vram p. apud Sanctissimum dominum nrm statum Regnorum
tam fratris sui nri domini Hungarie et Bohemie Regis, quam
nrorum identidem commendare et promovere, quantaque periculis
ab hostibus Crucis xpi exposita sint, Sue Sanctitati perora-
tionem declarare solere. Inter alia vero fuit nobis valde iu-
cundum, quod scribit vra p. rem ato in priam recte consti-
tuisse. Non ignoramus enim quantum laboris sollicitudinisque
ea absente Maiestati sue domini Hungarie Regis sub hac
ingravescente etate adversa valetudine correpte ac [illegible]
quantoque levamento sue M. dum presens est, supra humanam
captum ingenii saluberrima eius consilia solebant esse.
Et quidem non ignoramus ea ipsa vre p. consilia et Regi
et Regno perquam necessaria semper fuisse. Nunc vero postquam
eum et occasionem rei bene gerende contra communes rei christiane
hostes futuram speramus. Quandoquidem a speculatoribus
nris certo didicimus, bellum inter ipsorum Imperatorem
et fratrem eius, qui se ad Sophi contulit, in eo statu esse, ut
non sit verisimile illud brevi momento perfici posse. Tum eo
quod ipsa sua M. ita affecta est, ut iam nil consolationis
facere possit, quam ut Liberorum suorum incolumitati suique
atque tranquillitati ita prospiciat, quod reliquum vite sue
pace et otio quoad fieri poterit, rebus omnibus rite ordinatis,
traducere possit. Cum vero aut potissimum super his rebus
consultandum sit, quisque opus salutaria atque vera prudentis
consilia probere valeat, qui cum rerum Regni seriem me-
lius perallexerit et tanta fide ac devotione erga suam
M. quam ipsa p. vra fuerit, profecto videmus neminem,
presertim quod quidam alii videntur rem sue M. ac Regni
factura privatis suis commodis prospicere. Ut igitur vo-
luntatem suam celerius exequi maturet, eam atque etiam
Rogamus, sicut eum et rebus nris consulere delectatur
dum rebus Ser.mi eiusque charmi fris nri et Illus.mi nrorum
Nepotum nrorum prospiciat. Quod ad rem nram parti-
cularem attinet, in quibus nunc pendeat rerum, ex literis
R.mi domini Cardinalis Bononien. de Grassis intelliget.
Cum quo communicato consilio, ita vra p. eam apud Sancti-
ssimum dominum nrum declarare et promovere dignetur, ut
sua S. cognoscat nos per omnia cum ordine Cardinalium summa
benevolentia summaque benignitate uti. Qui hic eo non voluntatibus
et promissis stare non curat, et ut facta, reddat infecta

352

occulta quadam fallacia continuo laborat. Det igitur V.
vestra operam cum ipso domino Cardinali Bononien. ut Sua
Sanctitas viros probos ad Mtem mittere dignetur. quo insup.
officium suum erga nos et Regnum nostrum facere non detrectet.
Cupimus Vestram P. feliciter esse. et eo nos plurimum in suam
recordare. Dat Poznanie vigesima die Januar Anno domini
1513

Rex ad Dominum Achillem Bononien Cardinalem die quo supra Dat

Reverendissime in Christo pater et domine Amice noster charissime et honorande
Crebrarum curarum et Regni nostri actionum Necessitas ad vestram
P. scribendi nobis materiam suppeditat. Atque id semp
lubentius facimus. Cum quod videmus Res nostras ... pro benigna
et singulari sua erga nos benevolentia cordi esse. Tum vero
superioribus his annis apud nos Legatum agens aptiorum
multa cognovit Regnum nostrum graviter urgentia. que
certissime et extra Regna christiana nisi maturius prospiciat.
urgere possent. Nos quidem (quod latere arbitramur neminem)
id pro virili nostra damus operam ut hec ipsa inimica mala
non solum ab Regnis nostris depellamus. sed ut etiam
rem totam christianam ab hac nostra parte quoad fieri po-
test pacatam reddamus. In quo ita elaboramus ut et
nostras et totius Regni nostri Nobilitatis vires. sanguinem
et vix tollerandaque impendia ad commune malum restin-
guendum. Vendere unquam dubitemus. sed quemadmodum
rem esse perpetuam et quantumcumque secundis preliis
vix unquam finiendam. Pietas vestra non ignorat. ut pote
cui uno reciso capite. Mox aliquot alia tamquam Hydre
renascantur. ut opus sit herculeo labore et robore ad
tantum onus sustinendum. Non desunt tamen qui cum
ex vi professionis sue in his malis retundendis. tum
ex subiectionis debito. Nos iuvare deberent. quarum modo
non aperto quidem Marte. sed ex insidiis ut sunt tot ma-
lis curatores. Auctores hisdem malis faciunt. et se ter-
giversando ab omni labore suo professionis et subiectio(nis)

debito liberarent. post multas siquidem Germanorum procerum
principumque cum ad componendam iampridem exortam et
vestre R. p. cognitam inter nos et Theutonicam in Prussia
Cruciferorum ordinem dissensionem et bonis mediis utrique
parti consentaneis et comodis ad faciendam nobis debitam
obedienciam postularentur primarios quosdam Regni nostri
utriusque ordinis Consiliarios assignavit in locis Regni nostri insi-
gnioribus cum eorundem principum et Cruciferorum oratoribus
conveniri vellemus. Ad id tamen sublimes ipsis petenti-
bus devenerimus. Ut frater Mtis domini Kazimirus Mar-
chio Brandeburgensis cum eorundem principum et eciam ordi-
nis Cruciferorum oratoribus ad Conventum generale Regni nostri
Petrikoviam veniret. Venerunt quidem omnes ad tempus
prefixum. et Mandatum eorum a quibus erant missi sa-
tisfacientibus omnibus rebus que ad pacis perpetue comercia
attinent. Extremam manum imposuerunt. Adventumque
hunc ad nos Mtis ad festum [?] apud [?]. ut condentam
adimpleret differri impetraverunt. Qua in re ut eos nobis
per benivolenciam et clemenciam magis devinciamus. bac-
cura ad partem posita adversus infideles. Expedicionis
effecimus in quibusdam articulis eiusdem perpetue pacis
aliquid severitatis. etiam subditis nostris voluntatibus [illegible]
detraximus. quosdam vero benigna interpretacione lenio-
res fecimus qui eis quodammodo intollerabiles vi-
debantur. Sit tamen ulla in re Iuri Sedis Apostolice quam
magna devocione veneramur derogatum esse noluimus
in quo fortasse aliquid committi conantur. ut in rebus
suis talibus cum eadem convencione aliquid amplius
implorare possint. Cum igitur ipse Mtas sperans fortassis
nos primo vere gravibus infidelium bellis premi deberi
causando in aliud tempus adventum ad nos suum
proferri petit. Nosque ab hac parte Regni nostri in toto
tollerari sumpserit. Dabimus operam ut de qualiterque
pacis conclusione ad tempus cum habemus Crucis Christi
pacem debeamus. Ut eciam Mtem ad faciendum erga Nos
officium rogamus. Cum suspicionem res non careat. [illegible]
[illegible] cum Mtis Livonie [illegible] sui ordinis [illegible]
dominiis [illegible] mala machinantur. Nam et Moskovien
dux [illegible] percussum ac Iuramento firmatum federis
nobiscum habens federe ipso prefregato. ad prima Ianua-
rii [illegible] nonnullas in Magno ducatu Lithvanie invasi-
sit et castra expugnare nititur. Veram vero [illegible]
ut communicato cum Rmo domino Cardinali Strigoniensi
consilio Rex istam Sanctissimo domino nostro aperiat.

et subinde sue Sanctitatis auribus ingerere dignetur, quanti
periculi Regna nostra ab infidelibus sint exposita. Sed Sua
Sanctitas non solum Regnorum nostrorum, sed totius rei christia-
ne ratione habita non permittat, quod nunc ullo modo per-
turbari vel labefactari. Et ut eiusdem totius rei christiane
clarius cognoscere possit, mittimus eidem pacis nostre confecte
et moderate exemplum. Et si demum aliquis ex parte or-
dinis apud Sanctissimum dominum nostrum aliquid sinistri contra
eam posset conari, Vestra Paternitas Reverendissima cum domino Strigoniensi [illegible]
Regis nostri ita tueri et deffendere velit, ne quid detrimenti
nobis inde oriatur. Atque efficiat quod Sua Sanctitas Reverendissimis
suis eidem Magistro mandare dignetur, omni mora postposita,
quod debet facere curet, ceterosque discordiam excitantes
studia iam acta concordie et suo voto ordinis moderati
omnino supponere. Nam ubi hec eidem Magistro et ordini in
presentia a Sanctissimo domino nostro non iniungerentur preceptum
fuerit, providebis nobiscum pro [illegible] Reipublice
consolatione et salute [illegible]. Quicquid [illegible] P. V. R.
nobis [illegible] mitti [illegible]. Et nos Sanctissimo domino
nostro [illegible] commendet. Vestram [illegible]
[illegible] desideramus. Datum Posnanie ut supra.

Nuper intimaverat Vestre Maiestati Regia [illegible] Kneziomi dux
Moschovie timore dei posthabito iuramentoque suo, quod
pro servanda cum Sua Maiestate fideli amicicia [illegible] te-
merario dominia Sue Maiestatis Magni ducatus Lithuanie
crudeliter invasisse, subditosque Sue Maiestatis potestati sue su-
biicere conatus est, et arces Sue M. expugnare extremis
conatibus temptavit. Sed deus omnipotens Sue perfidie
non favit, eique iusta demerita sceleris condignis af-
flixit, et Sue Maiestatis subditis ad expugnandum sibi
firmum [illegible] tradidit. Nam nulla arce expugnata,
multis autem hominibus suis perditis et dispersis
ad propria discessit. Unde Sua Maiestas agit deo
omnipotenti gratias, et Vestre M. illud in consolationem signi-
ficavit. Quamobrem Vestra M. nonminus [illegible]
pro suo [illegible] reputare merito debet, quod Sua Maiestas
reputat, propter eam crudelitatem et iniuriam, quam Vestre
M. intulit, et sanguinem eius [illegible]. Et valde con-
veniret ut [illegible] sincera intelligentia cum Sua
Maiestate iniuriam M. intulit ulciscerentur.

Dicendum Maiestati Regiae. Comparato amicorum consilio
et auxiliis suis hostem invadere velle. et hac spem esse
ipsi quoque Vaiwodae. tum propter Maiestatis Regiae famili-
ta[tem] cum S[acratissi]mo Ferdinando Caesare propter divinam suam et
praedictus est M. Regiae. tunc apud Ferrar. cum tempore
fuerit adversarius eius belligerandi

Dicere etiam tum Leopolien[ses] quod Camenecen[ses] coram Maiestate
Regia conquestos esse quomodo sua M. prohibuerit transitum
Regni Mercatoribus in Valachia versus Turciam contra vetusta
observantiam. et iura eorum Civitatum. quibus a suis prae-
decessoribus donati sunt. et quorum semper in usu et
possessione fuerunt. Si hoc ita esset. non videretur tam
Maiestati esse iustum. Neque consultationi inter nos factae
satisfieret. Nam ibi ordinatum est. ut Mercatores solitis
viis transeant utrobique. et negotia exerceant

Et tunc ab ipso petere ut eiusmodi prohibitiones relaxet
quandoquidem semper utrobique transitus Liber habetur
iuxta vetustam consuetudinem servata

Admonere etiam ipsum ut Capitaneis in finibus existen-
tibus praecipiat. quo firmam intelligentiam cum nostris Capi-
taneis habeant. hinc inde iustitiam fieri faciat.
Dicere Maiestatem Regiam ita suis praecepisse et manda-
sse hortandis ut in constituendis hominibus equitatum
sedare faciat

Medio Oratoris vestre Stis Martini Laskowskij Serenissimo domino Regi Poloniae fratri suo intimasset quod benedictione patris sui nuper defuncti, potiti estis Sede Imperiali paterna Standumque esse possideatis.

Intimasset etiam quod eam Serenissimo domino meo Regi Poloniae fratri suo velitis conservare bonam amicitiam et fraternam charitatem sicut maiores vestre Stis fecerunt cum Maioribus et antecessoribus eiusdem Sermi domini mei Regis Poloniae et magnus genitor vestre Stis dive memorie fecit cum sua Maiestate.

Serenissimus dominus meus vestre Stis fama Meritus quae magna de eius virtute passim habetur, ... vra Stas iusta recipitur et amicitias eorum animis veraciter et fide Imperatoris digna colat et observet. plurimum gavisus est quod eam Stem et non alium sibi Deus vivus tribuerit. gratulaturque itaque vestre Stis felicitati quam vestre Sti benedictio paterna contulit. Et optat ut longeva sanitate perfruatur Imperiumque suum foeliciter degat. Et quemadmodum vra Stas sibi obtulit suam amicitiam quam sua Stas magna animi gratitudine complectitur. Ita etiam sua Stas suam offert vestre Sti.

Antea sua Maiestas constituerat ... ad visitandum vestram Stem in ista Imperiali dignitate ut premissum est paterna benedictione constitutam. Tamen quia intellexerat ipsam in ultra marinas oras a Sede sua longe profectam fuisse. Igitur se continuit.

Nunc autem vestre Stis reditum sciens ... et recipiens sanitatem fraterna sua Stis affectu ... illique congratulatur. Nam bona valitudo vestre Stis Serenissimo domino meo consolationem affert.

Cupiens autem Serenissimus dominus meus et inter vram Stem et se ipsum bona et firma amicitia sit vicinitatemque tranquillitatem offert vestre Sti eam animo benevolo et sincero omnibus operis pro vra Sti eiusque honore praestare favorabiliter possit.

Et ob conservandi boni et firmi amicicie cum V. S. tanquam
Serenissimus dominus meus omnibus subditis suis prece-
pit et quod cum V. S. subditis nunquam molestie inferant
et eodem modo optat ut V. S. statu servat quia eius
firme intentionis est domini mei ut cum V. S. tan-
fraterne in amicicia et bona vicinitate vivat

Sigismundus Dei gratia etc. Notum facimus universis et singulis
presentibus et futuris harum notitiam habituris. Intelligentes quod ex hisce
susceptis armis et dissensionibus inter Sanctissimum in Christo
patrem dominum Julium divina providentia papam secundum felicis
recordationis nuper sancta sede sanctitate. Et nonnullos princi-
pes christianos subortis non turbari modo et affligi statum
totius Reipublice sacrosancte et scelerratissimam istam
infidelibus expeditionem impediri non sine gravi et periculo et
iactura fidei sancte catholice invalescentibus indies magis
viribus et rabie sevis Turcarum Thurcice Tartarorum ac
Scismaticorum. Quorum impetus nos potissimum humeris et im-
pendiis nostris assidue sustinemus et ab interioribus christiana
nostris finibus grandi ere et multo sanguine arcemus. Ma-
ximo tenemur desiderio videre quietam concordiam ac inte-
gram Rempublicam christianam et caput membra coherere.
Quapropter Reverendissimum in Christo patrem dominum Joannem archiepiscopum Gneznensem
et primatem Regni nostri Spectabilem et Magnificum Stanislaum
de Ostrorog equitem auratum castellanum Calissiensem fideles et
dilectos consiliarios nostros veros et legitimos nuntios et oratores
nostros ad sedem apostolicam et sacrum Lateranense concilium
in quo illud sacrum sanctum habetur et presentium
designamus ad Sanctissimum in Christo patrem dominum Leonem pontificem
modernum atque ad presidentes seu presules sacrosancto
Romano Lateranensi legittimoque concilio missos plenum
damus mandatum. Damusque et committimus per presentes
ad agendum tractandum concludendum nostro nomine. Cum oratoribus
seu oratore serenissimi principis domini Wladislai Dei gratia
Hungarie et Bohemie etc. Regis fratris nostri amantissimi
vel cum sua Maiestate quemcumque ad unionem pacem et con-

cordiam inter Sanctam sedem ecclesiamque Romanam ac ipsos prin-
cipes christianos necnon ad firmandas et prosequendas contra
infideles sanctam et bonam necessariam expeditionem pertinere
videbitur. Et promittimus quicquid per eos in premissis actum
gestum et tractatum fuerit. Id nos ratum gratum atque firmum
habituros et quantum vires et facultates nostre se extenderint
prosequuturos. In cuius rei testimonium sigillum nostrum est. Datum Posnanie
[illegible] Mensis April 1513.

Mandatum ad Concilium sacrum ingentum non eligendum papam et representabit ecclesiam universalem

Sigismundus dei gratia etc. Notum facimus universis et singulis pre-
sentes literas inspecturis lecturis seu audituris. Quod postquam arti-
simus divum olim felicisque recordationis Julius [illegible] pro
vindicanda sancte Romane ac universalis ecclesie summus pontifex
pro defendenda sancte Romane ecclesie unitate et sanctissima
contra Catholice fidei et Crucis Jhesu Christi hostes expeditione
suscipienda Concilium generale in Laterano indixisset. Me-
mores officii ac debiti nostri quo eidem sancte Romane ecclesie Matri
nostre sumus astricti. Pro cuius honore et tranquillo sta-
tu omnes vires nostras effundere semper parati fuimus. De
certa nostra scientia ac universorum Regni et dominiorum nostrorum
principum spiritualium et secularium procerum communitatum ac
militarium consilio et voluntate. Reverendissimum in Christo patrem
dominum Joannem ecclesie Metropolitane Gneznensis archiepiscopum
et Regni nostri primatem. et Magnificum Stanislaum de Ostrorog
[illegible] Comitem curiatum palatinum Castellanum [illegible] et Regni nostri
Cancellarios sincere dilectos quos etiam nuper pro patribus
Montis [illegible] olim Julii summi pontificis ad infrascripta
designatos Legaveramus tamquam ad sacrosanctum universalis
ecclesie economicum legittimumque Concilium per presidentem seu
presidentes in eo celebratum seu celebrandum impresentiarum
et sanctam sedem apostolicam Re. Oratores designavimus ac
designamus et deputamus harum serie literarum dantes
illis plenam ac omnimodam potestatem pro nobis ac Regnis
nostris dominiisque principibus spiritualibus et secularibus pro-
ceribus et populis dicioni nostre subiectis in dicto sacro
sancto Concilio comparendi. Ibidemque obedientiam iuxta

Maiorum meorum consuetudinem. sacro sancte Romane ac vniversali ecclesie, prestandi et recognoscendi summum pontificem Lateranensis ecclesie Ro. sacrosancte pro tempore esse verum vnicum ac indubitatum pontificem et dominum gregis pastorem Et in eos sacro sancte Ro. ac vniversalis ecclesie summum Legittimumque conatus dicendi. proponendi. Atque que Regis nostri opportuna sunt. petendi agendi tractandi omnia et singula que ad celebrandum et concludendum apud sacrum concilium. Et que in eo proponentur et tractabuntur. Veris ad dicte sancte Ro. ecclesie vnionem et eiusdem religionis augmentum. Atque ad sanctissimam et diu a nobis desideratam in eiusdem christiane religionis et catholice fidei hostes expeditionem fuerint necessaria seu opportuna. Vna si talia forent que mandatum exigerent magis speciale quam presentibus est insertum. Et que facimus faceremus seu facere possemus si presentes adessemus. promittentes nos ratum gratum validum atque firmum habituros quicquid in predictis et quolibet eorum per dictos nostros Ora. Actum et gestum fuerit. In quorum fidem et testimonium presentes scribi et sigillo nostro communiri fecimus. Manuque nostra subscripsimus. Datum posnanie ...

Credentia ad nouum papam

Sanctissimo in christo patri et domino domino   diuina fauente clementia sacrosancte ac vniuersalis ecclesie summo pontifici domino clementissimo. Sigismundus Rex polonie et filius obsequentissimus oscula beatorum pedum. Ac deuotam debitam cum sui deuotissima commendatione. Beatissime pater ac clementissime domine. Admonitus et oratoribus et Literis Reuerendi domini Iulij felicis recordationis. vestre sancte predecessoris nuper vita functi. quibus vna etiam sanctitas ... dignata est. vt propter salutem christiane reipublice constituendum sacrosanctum concilium vniversale in Lateranensi edibus celebrari. Mitto huiusmodi Reverendum in christo patrem dominum Joannem Archiepiscopum Gnesnensem et primatem Regni mei. Ac Magnificum Stanislaum de Ostrorog Calissiensem prouincie castellanum. consiliarios meos sincere dilectos

Et oratores de mente nostra sufficienter instructos Tam ad Vestram
Sanctitatem quam ad sacrosanctum Concilium Lateranense. Idem eciam
oratores vestre Sanctitati exponent. Ea que Mentis nostre sunt. Itaque
quemadmodum vestre oratores meos felicis recordacionis pape
Julio commendatos effeceram, sic eosdem Sanctitati vestre humiliter
commendo. Supplex rogans dignetur vestra benigniter audi-
re. eorumque credere que nostro nomine exponent ac humiliter
proferent. Non aliter quam Mathias ipse si coram comparens loque-
rer. Et insuper dignetur ut pius ac clementissimus pa-
ter pro mea consolatione eosdem absolvere et ad me remi-
ttere futurus cum sim. [illegible] beneficencia Vestre Sanctitati obliga-
tissimus perditurus itur atque devotissimum me commendo. Datum
Pozn. ut supra.

Mandatum ad papam novum et Concilium celebratum etc.

Sigismundus dei gratia Rex etc. ut supra in alio. Quia ad [illegible] et
organizandum vestrum ad Sanctissimum in Christo patrem et
dominum dominum [illegible] divina providencia sacrosancte
Romane ac universalis ecclesie summum pont. Maximum
et sanctam sedem apostolicam ac sacrum Lateranense Concilium
et [illegible] Capta prosequenda habemus. Orato-
res designavimus ac designamus et deputamus harum
serie Literarum. Dantes illis plenam ac omnimodam potestatem
pro nobis ac Regnis dominiis principatibus [illegible]
et [illegible] prelatis et populis. Nomine nostro sufficienter
coram eadem Sanctitate domini nostri domini
pape moderni comparendi. Ubique obedienciam iuxta
antiquorum nostrorum consuetudinem prefato Sanctissimo domino
nostro more prestandi et exhibendi. Eundem Sanctissimum in
dominum papam esse verum ac indubitatum pon-
tificem et dominum [illegible] pastorem. Et in sacro Lateranensi
Concilio dicendi proponendi. Atque que Regno nostro oppor-
tuna sunt petendi agendi tractandi. Omnia et singula
que ad celebrandum et concludendum ipsum sacrum Concilium
Et que in eo proponentur et tractabuntur [illegible] ad
dicte sancte Romane ecclesie et membrorum eius unionem
fideique religionis augmentum. Atque ad Sanctissima

et diu a nobis desideratam in eiusque christiane religionis
et catholice fidei hostes expeditionem. Et que ad obedientiam
consuetam prestandam fuerint necessaria seu opportuna. Etiam
si talia forent que Mandatum exigerent magis speciale
quam presentibus est insertum. Et que ipsimet faceremus seu
facere possemus si presentes adessemus. promittentes nos ratum
gratum validum atque firmum habituri quicquid in predictis
et quolibet eorum per dictos nostros oratores actum et gestum
fuerit. In quorum fidem et supra. Dat. ut supra.

Responsum datum Poznanie dno Bastoldo et Alexandro Chothkowicz oratoribus dominorum Magniducatus Lithuanie

Posselstwo waszey milosci ktoreście wasza milość przy
bytnosci krola jego milosci od wszech nas milosciwego
od panow rad duchownych y swieczkich ksiestwa
wielkiego Lithewskiego braciey naszey mili:
panom radam duchownym y swieczkim korony pol:
skiey na then czas bawiączy rozkazali mowić y
przepowiedzieć oznaymilo yest yich milosciam. Thaz
przigoda zalobliwa ktora sie nieprzygnarzyła
na ksiestwo. y thesz nagła nieslychana wojna by
dwoch krola naszego jego mći pana naszego milosciwe:
go yest przisla. Ktora strzegalisza ku drogiey rzeczy
a by krol jego mć za panow ich milosci prosba raczil
zo na wielkiey thamie do wielkiego ksiestwa
jechać. Thesz aby z strony pomocz ich milosciam braczka
stała wzięta

Panowie ich milosci. Czas krolewey panu naszemu
milosciwemu yest dobrze swiadomo. serdecznie nie
mniey zalowali y zaluja they przigody wielkie
go ksiestwa lithewskiego. niemniey. niszli by
zalowali gdy by sie ta jego panie barzo niedawno. koro:
nie przigodzila. y pisma niszli od panow ich
milosci rad wielkiego ksiestwa lithewskiego.

braczyey twoy milij sa szandanij o woslanye krolya
yego m[ości] pana a bogiech nas mijlosczywego · ij thesz o vczijnij
thye pomoczy · tamy rada mijedzij soba braly zwielga
pilnosczą · a zwijelka starzyą · ku braczij swe · ijthesz
ku themu tho panstwu · yako bij krol yegomilosz
thamo yethaz mijal · ij kijedi · a szwiathymy wozami ·
ijthesz pomozami · abi yegomilosczi yethanije z bosza
laska a pomoczą · bijlo podanijm yego m[ości] poczeszlijwe
ij woszijthezne · a nye przyiaczijelowy grosne ·

Wszakesz ich milosz tho wszewith glowach ij roz-
mysz naijdowaly · ysz tho nyeroswaszlnie thego nije-
przyiaczyela przeciwszija waszijanije · thego zwlaszcza
nyepogodnego czassu twarz nijemijalo · a nij thesz
moglo

A przetho wydzalo sza ich milosczyam dlya wijelkich
a szczegolnijch ij dobrze baczonych przyczijn · a bij krola
yego m[ości] · thamo yethanije twaplijwe mogło bijło poz-
ythek przynyesz · ij owszem ich milosz baczijly · ysz
czijchlijj mogło bijło przijsc ku szkodze ij danije szesza nije-
przyiaczijelowij · nijszlij ku pozijthku · bo sija ich milosz
dobrze nadzijewalij thego · ze nyeprzyiaczijel zniewolij
przed wszijsthijem · nyepogodnego czasu mussial wczijnicz

Wsak sze ich milosz nathijm bijlij gdze bij szija wijancz
nyeprzyiaczijel nijeposczyągnal · a przeciwsija ijsz bij bijł
chczijal twarz krzczaszthywo wielkije szkodzancz · ij thesz
bazancz · thedij ich milosz z krolijem yego mijlosczija szija
porozumijewalij ij radzilij · yako bij szija bijł nijemu-
szkam odpor wczijnijl

Thesz tho ich milosz baczijlij · ysz za nijepogodnijm cza-
szem · wszijsthkij nakladi · ktorij bij szija dzialalij bijlij ·
muszijlij bij bijcz nijepozijthecznije · ij wolijelij radzij o thim
abij bijlij zachowanij · na then czas zachowanij · gdij
bandą mocz wczijnicz dobrij pozijthek · bo themu
dzijalo nye konijecz

Tedijz panom gichmilosczam radam koroni polskije braczicij gich miloscij. Z thich porządzanich przirzin. i thesz gynschich ktorich nathen czasz wspominącz nie thrzeba. wijdzało szą lepsze. abij krol gego m nathen czasz szija od gechanija pomo: szągnal. Maija ich milosz zatho. isz ich milosz panowije kszyasthwa wyelkiego braczija naszij. tho pothwalija a bandą wdzaczni. they dobre woli panow gichmiloscij koro: nij polskij. isz szija wthij rzeczi thako radzili wyecz: ko dobremu ich milosci y kszyastwa wyelkiego lithewskiego

Othsza ich milosz panowije koroni polskije. abij panowije ich milosz wyelkijgo kszyastwa radzili tha nyepira o nich wyecz. isz iym kazda przigoda ich miloscij nieszczasthli: wa. zal szerdeczni czinij. a kazda dobra wyelkije pocziesznije

Wothakich przigodach otsza szija z gichmilosczyamij wyecz: nijecz y radzicz. y thile gichmilosczyam pospolu z gijnschij: mij panij zgęcz gynschich porada maijącz. pomagacz: za laską krola gego m pana naszego milosciwego ylije: nieszczasz ichmilosczij szijecz moze.

Dosczatecz ich milosz panowie y rada koroni polskije zmijlo: szij braczkij raczij ichmiloscziam panom lithewskim przipominacz. tho. jakosz thesz wijszlij kroz y przespecz: sne. y thesz przes radij. kthore szkolijzy gichmilosczą thamo bijwali przipominawali. abij tho zgednoczenije koroni z wyelkijm kszyasthwam bijlo w dobrem a wspo: lnijm szadzeniju pasthanowijono. y gesze o tho gich milosz zandija y przipominaija. bojim sza thijm wijatho: szija laska y milosz powinijsza zachowana za bapot y obrona bandze mogla pesithrzimijsza. y slawnijeij: sza bijcz zgadzena kthora bandze kazdij nijeprzijaczel ostraszon.

Jesth thego barzo thrzeba dla pospolithego przemierzthwa kthore iest sza thą stanije y dokonacz. bandze chijzijrodze y powolnijeysze ku obronije thaby spolie zgaali swemij: wijsliij gynschim obijczagem. przes kthorego ani krol gego m a nij thesz rada wszysthka nisz pozythecznij obronij albo thesz pomocz zcijnicz

Kthorzy ijrzeczstwo Corony polskie na wielky na tho wzglad. ysz ssija rzecz dobra a slawna mijedzi corona a miedzi wyelkijm kssyasthwem nijekona do konza bijm kazda rzecz swiatha moznyeijsza ijesth nijsli sama gedna.

Wszakosz panowije Corony polskie maija tha nadzieja ijsz panowije kssyasthwa wielkiego o thijm bandą radzijcz wthey tho rzeczij zpilnoszcza aby ijesz ssija tho konczijlo zo gesth koposzithko ij ku wyelkyey slawije ~

A krolija gego m. pana nasszego miloszijwego o tho bandzijem proszijcz ij proszijmij wszijsczy aby gego m. miedzi namij zwijszthyey slaszkij swe ij wzaijemno tha rzecz dobra po zatheczna obijczaijmi wrzijmnij ij dobrijmi uczijl wdobrijm konczu posthawijcz bijm tho gego m. bandze ku czzij ij dzijedzijczom gego m.

A zathijm ich miloscz panowije Corony polskije kada doporuczona ij swyeczka wlassyj m. pilszij aby sije panom ij radam wszijstkiego kssyasthwa Lithewskiego swych mijlosczijam braczkije ij przijiaszliwe pozdrowijenije z wszithkiego dobrego pomnoszenijm poprzijedzyelij etc.

1513 XXI Aprilis Pozn

Instructio Rmo in Xpo amico nro dilecto Domino Job Epo Risenburgen Ad Regia Maiestatem Polonie Comissa

Anno domini Millesimoquingentesimo tercio decimo vigesima prima April. Posnanie exposita

Serenissime princeps, potentissime Rex, Domine singularis et amantissime charissime. Non sine singulari quadam animi nostri consternatione ex literis Regie vestre Maiestatis infidelitatem Magni ducis Moskovie intelleximus, qui idem, neglecto iuramento et promissionibus suis in eorumque oblivione Regiam Vestram Maiestatem et eiusque subditos in Magno ducatu Lithuanie hostiliter invadit atque adeo notabiliter infestat. [illegible] ad Regie vestre Maiestatis propensam voluntatem cum prelatis commendatoribus, prefectis, terrarum subditis et civitatibus nostris his diebus conventum dictum celebravimus. Et quemadmodum Regia vestra M. pro exhibendo auxilio scripsit, ipsumque variis circumstantiis exhortavit. Eramus nos cum omnibus prelatis commendatoribus et subditis nostris toto corde inclinati, ut Regie vestre M. tale auxilium exhiberemus, ut huiusmodi ignominia, contemptus et damna, sic neglecto iuramento Regie vestre M. subditis sub bona confidentia illata, bene et feliciter vindicarentur. Quod hec exhibemus nos Regie vestre Maiestati cum subditis nostris decenti auxilio pro possibilitate nostra, et Regiam vestram M. non derelicturos. Attamen quale, quo et quamdiu tale auxilium prestari debeat, velit nos Regia vestra Maiestas per presentem [illegible] in eo animum nostrum dilectum dominum Joh. Episcopum Kisenburgensem certiores reddere. Cum quo et nos Regiam vestram M. [illegible] totaliter [illegible] reddimus, quatenus ipse se auxilio nostro administrare queat ostendere diligenter. Et adhuc amicissime rogamus, quemadmodum antea quoque Regie vestre M. per literas rogavimus, Regia vestra M. velit nobis dictam ad tractatus [illegible] intimatam amicabiliter extendere usque ad festum divi Martini vel ad longius, quo commodius hij tractatus pro omni etiam [illegible] utilitate et consolatione bono fine concludantur. Ut hunc vel potiorem non aliam causam quam necessitatem et utilitatem tractatus assignare. In quibuscumque rebus poterimus diligentissime promereri studebimus.

Credimus etiam R. V. M. hanc insultationem et perfidiam Moskovite absque etiam nostre fidei minas necessarias reflecteretur, fidem nostram christianam et precipue Regie vestre M. subditos hanc circumventionem [illegible] formidatur. R. V. M. modo his in rebus contra eum procederetur, sive quod a pluribus etiam finibus auxilia quererentur, [illegible] vindicta sine [illegible] presumeretur. Nos et ipsi et alij ad eum redigerentur imposterum. Et non solum christianitati, nam Regie vestre M.

subditis aliquid incommodi aut damni dedisse esse
pertimescimus. Et si deus optimus maximus ad hec
bonam gratiam concederet, ut diuturni errores inter lauda-
bilem Regem polonie et Militarem ordinem Theuton-
corum sanirentur, deberent per hec faciliorem viam ad hec con-
ducibiles invenire. propter quam cum nos in huius ordinem
et statum pro salute anime nostre et consolatione eius etiam
constituimus. Nichil optarimus desideramus cum est cum Regia
vestra M. semper ea recta communiremus et specialiter diligere
et preservaretur et firmaretur. In quo nos corporis nostri
rerum omnium nullum vel dispendium vel gravamen
attenderemus

Maximilianus divina favente clementia electus
Romanorum Imperator semper Augustus ac Germanie Hun-
garie Dalmatie Croatie etc. Rex, Archidux Austrie, Dux Bur-
gundie Brabantie Comesque Palatinus etc. Serenissimo princi-
domino Sigismundo Polonie Regi, fratri nostro charissimo salutem
et mutue dilectionis affectum. Serenissime princeps frater charissime.
Cum variis Mensibus pro orthodoxe fidei nostre ampliatione
et augmento confederationem quandam cum Beatissimo domino
pontifice et Serenissimis fratribus nostris Anglie et Arragonie Regi-
bus Inivimus, Serenitatem vestram et etiam religiosis princi-
pem ex illa cuiusmodi fore substinuimus, non dubitantes
tam Serenitati vestre pro universe Reipublice etiam commodo
et utilitate gratissimum fore. Cum esset ex nostris sancta fides
nostra in quiete conservari, sed et hostes etiam nominis Christi
Machometani et Tartari longius arceri et repelli possint.
Relatum est nobis preterea et universis Imperii principi-
bus in proxima comitiorum congregatione inter Serenitatem vestram et ordi-
nem Beate Marie virginis Teutonicorum Militis ordinis supre-
mum Illustrem Albertum Marchionem Brandenburgensem
principem et consanguineum nostrum charissimum controversias
nonnullas vigere. Quod non tam ipsius Marchionis intuitu
quam ob firmam inter Serenitatem vestram amiciciam egre tulimus
cupientes pro nostra ratione sedare et differentias illas sopiatur
Cum vero nonnullis in preteritis per Illustrem Kazimirum

Marchionum Brandenburgen(sium) et principum consanguineorum et
consiliariorum nostrorum carissimorum. Inter alia rem hanc totam pro
cause integra conclusione. Dominica Misericordia domini proxime
futura determinata sit. et terminus ille ad tam ardua ne-
gocia brevis admodum existat. alias et supremus ordinis Magister
Sanctissimi domini nostri pape et ordinis sui commendatorum
qui in variis et diversis nationibus et provinciis degunt
ob sine quorum consensu sibi nil concludere liceat
consilia ita celeriter habere non possit. Quapropter Serenitatem vestram
interpellare et exhortari non dubitavimus. Ut pro rerum
et causarum conditionibus et magnitudine prefatam diem
ad dominicam Misericordias domini prefixam usque ad festum beati
Martini proxime futurum prorogare. Neque interim contra
ordinem aut ipsius ordinis Magistrum et sui commendatores
adversi aliquid intentare vel machinari velit. Quo
et pontifex Maximus et sue religionis Magistrorum consilia
habere possit. Conabimur et nos cum ceteris principibus
et communitatibus paci et tranquillitati consulere. quo
unitis aliquando viribus contra sanctissime fidei nostre
hostes expeditionem parare possimus. Ad quod Serenitatem
vestram pro innata sibi erga religionem bona sponte inclinata
certo nobis persuademus. facietque Serenitas vestra rem
deo optimo maximo gratam. Et nobis acceptissimam
digne per nos recompensandam. Datum in oppido Bruchsel
die octava Mensis Marcii Anno domini M. D. xiii° Regnorum
nostrorum Romani xxviii Hungarie vero xiii°

Ad Mandatum domini
Imperatoris proprium

Imperatori Romanorum Ser(enissi)mo d. Maximiliano ex posnania

Serenissimo principi domino Maximiliano divina favente cle-
mentia. Electo Romanorum Imperatori semper augusto.
et Archiduci Austrie etc. fratri et consanguineo suo charissimo
ac Honorando. Sigismundus dei gratia Rex Polonie Magnus dux

Lithuanie Russie prussieque domini et heres etc. salutem et
perpetue felicitatis ac animi ventura incrementa. Serenissime
princeps et domine frater et consanguinee noster charissime et hono-
rande. Litere nobis fuerunt S. V. Maiestatis reddite, quibus nobis
id quod antea non ignorabamus perscribere dignata est
se cum serenissimis Aragonie et Anglie regibus fedus
inisse, ut christiane reipublice, ac multis partibus in-
fidelium viribus opposite succurrere, opemque in totius digni-
tatem et libertatem asserere posset. Speramus S. V. que
V. Maiestatis excellentie animi magnitudo est, tam tamque
primarium catholici orbis principem id agere idque meditari
ut eius ductu viribusque auspiciis separate ceterorum prin-
cipum inter se dissidentium animis universalis aliquando ac-
tio necessaria contra Mahumetanos expeditio fieri po-
sset. Si quis vero est christianorum principum qui magno
atque ardenti animo cause expeditionis respectu profectionis nos
neque in extremis immineret merito deberemus, qui ab hac
parte contra multa infidelium genera sancte fidei perpetuo
militamus. Aliorum assiduis insultibus terminibus nostris
sustinemus, nemini istorum aliquid auxilij unquam fruct-
quibus presidijs nostris a tergo muniti secura pace gaude-
bant. Quod ad vero Illustris principis domini Alberti
Marchionis Brandeburgensis ordinis beate Marie Teuton-
corum de Prussia generalis Magistri, Illustris nostri sororis nostre
filij attinet, cum Maiestas Vestra postulat a nobis ut dila-
tionem darem, ut commodius rebus suis compositis con-
silijsque necessarijs ex toto ordine suo, et ad quos pertinet,
collectis ad nos venire et tractatus prestitutos habitos
debito modo finire posset. Ut vestre Maiestatis voluntati
eiusque magnum respectu habemus, eiusdem Magistri et ordi-
nis contumaciam tolleravimus pro mutua benivolentia
nostra quam erga Maiestatem vestram observamus, ut par est.
moram ingeramus, proferimus hoc tempus aptatum ad
festum Sancti Martini, tametsi eas dilationes ex quam
rebus nostris non parum noxias esse. Et cum existimamus actio-
nibus bellicis contra eosdem infideles distracti simus
hac dicti Magistri et ordinis interpellationem, neque ad res
ipsas ex sententia gerendas animum applicare valemus.
Rogamus igitur Maiestatem vestram diligenter imprimis rei
christiane, amicicieque nostre mutue iusta ratione habere. Et
quod pro domino Magistro utrisque nostrum consanguineo partes
suas interponere persuadeat ei, ne se diutius causando.

subtrahat ab officio suo erga nos faciendo. Ut rogamus ab eo id aliter recipere, quod animo erga eum nostro respondeamus, dicetur. In quo Maiestas vestra sit erga eum ipsum [illegible] quando officiose sunt facere videbitur, et rebus convenientibus nostris pro iure sanguinis multum afferet adiumenti. Cui nos commendamus et cupimus eum bene valere. Dat. Posnanie Calendis Maii Anno domini 1.5.13. Regni nostri septimo

Responsum Regie Maiestatis datum Reverendo patri Domino Job Episcopo Pomezaniensi Illustris principis domini Alberti Marchionis Brandeburgensis et Magistri generalis de Prussia oratori

Reverendo pater. Legatio vestre principalis duo potissimum in se continebat. Primum quod Illustris dominus Magister ex literis Sacre Regie Maiestatis ducis Moskovie perfidia et contra [illegible] in eiusdem Maiestatis dominium hostili incursione magnopere, ut par erat, indoluit. Et quod eius Illustris Dominatio pro vindicanda iniuria per eundem Moskovie ducem illata pollicetur pro virili sua Sacre Regie Maiestati suppetias et auxilia prestare.

Secundo Rogavit Vestra Paternitas nomine eiusdem domini Magistri ut Conventus ac terminus ad finiendos tractatus perpetue pacis [illegible] usque ad festum divi Martini vel paulo ulterius prorogaretur.

Ad hec Sacra Regia Maiestas hoc modo respondere mandavit

Quod Illustr dnus Mgr et princeps christianus intellecta prefati dnus perfidia et huic Maiestati illata iniuria non modo condoluerit. Sed obtulerit etiam eius Illustr dnatio auxilium suum pro viribus prestare. Sua Maiestas id benigne accepit et eidem Illustri dnationi Mgris habet gras

Quod autem idem dnus Mgr se certiorem reddi postulat quando et quodnam tale auxilium prestari debeat. Sacra Regia Maiestas. Licet urgente tunc necessitate ad tempus [illegible] iniuriam [illegible] properaverat. postea tamen hostis accepto eo quod Maiestas sua miserit adversus eum non parva presidia subditorum suorum rebus infectis et suorum non mediocri clade accepta discesserit. Et ab obsidione castrorum copias suas abduxerit. Opus est Maiestati suae pro rei et temporis necessitate altius et maturius consilium accipere.

Et quamvis Maiestas sua cum Regni sui consiliariis ea in re iam tractaverit et ad plenum deliberaverit quid faciendum sit. Tamen quoniam Maiestas sua hactenus non potuit plene in eo negocio conferre ac consultare cum consiliariis Magni Ducatus Lithuaniae quorum id maxime interest. Nihilominus ad id quod Illustr dnus Mgr scire desiderat et Sra Maiestas eius nomine optaverit ad presens respondere potest

Cum primum tamen Maiestas sua in Lithuania venerit, [illegible] cum consiliariis et subditis Magni Ducatus pro progressu in tanta belli mole et rei magnitudine [illegible] ac commodius agi possit. faciet Illustr dnationem Mgris de omnibus tempestive certiorem

Quod vero ad prorogationem treugarum attinet quam Illustris dnus Mgr petit. Sacra Regia Maiestas non sine magna animi molestia ferre potest quod idem dnus Mgr et eius ordo declinans id quod eius Maiestati et Regno fere [illegible] petit. quas cum antehac experta sit Maiestas sua pluris incommodi sibi et eius Regno quam utilitatis

semper attulisse, minime velle dimittere cum ea ac Maiestas Sua ... sunt. Nisi assentire

Post multos cum commissariis tractatus, et consilium dilationis que in eo negotio fiebant, iam enim Maiestas Sua decreverat a domino Magistro et suis ordine suo regiam debitam, Nec amplius ea in re quoque morari

Fecissetque prout dictum est, id quod sua regia eius iusta postulabat, Nisi coniunctio sanguinis et amor quem gerit erga Illustrissimum dominum Magistrum nepotem suum, animum a proposito retraxisset, ac ad eos tractatus qui fiunt in conventu Piotrkoviensi conventui adduxisset

Quibus ut satisfaceret, non gravata est Maiestas Sua, tam non mediocri rerum suarum dispendio, se huc conferre, ut ipse dominus Magister et suis venerabiles et consiliarii eius possent ad concludenda ea que tractata et determinata fuerunt venire, minime dubitans quod omnia hic que decreta erant perfici debuissent

Quamvis igitur gravissimum animo ferat Maiestas Sua, prout merito debet, quod posthabitis multis aliis ac arduis negotiis Dominiorum suorum, iter huc frustra fecerit, nolletque amplius tempus longius trahere, tamen ut necessitudini et vinculo sanguinis aliquid tribuat, pro sua solita benignitate, prout hactenus fecit cum Illustrissimo domino Magistro et ordine agere videtur, contenta est Maiestas Sua acquiescere petitioni domini Magistri, nepotis sui, et dilationem quam optat concedere. Concessio dilationis a Magistro petite

Tamen propter ingruentes necessitates non potest ad presens Maiestas Sua certum tempus aut locum prefinire. Vult tamen sex hebdomadas ante ... Illustrissimum dominum Magistrum facere certiorem, ad quem locum et diem venire debebit, quod tamen ante festum Sancti Martini Maiestas Sua non faciet

Verum cum ipse dominus Mag[nificus] se paret et instruat, et pro eo tempore quod per Maiestatem suam illi intimabitur venire non differat, cum pleno mandato omnium Magnatum ordinumque suorum, et concludat ea singula que concludi debent, iuramentaque fidelitatis eius Maiestati ut Regno debita faciat. Nec vult sua Maiestas sua ulterius in tam diuturna atque inani expectatione pendere, sed id quod eam decet pro conservandis iuribus Regni sui omnino facere curabit.

Charissime in christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem
Cum more maiorum nostrorum et solemni ritu sancte Ro. e. insti-
tutum sit ut quotannis in sacratissima die domini natale en-
sem ac pileum benedictos Romanus pontifex cui visum fuerit ex
christianis principibus aliqua tamen prestanti virtute aut merito
erga hanc sanctam sedem insignito mittat destinare, eosque qui pro-
ximis domini nostri iesu christi natalicijs consecrati fuerunt felicis
recordationis Julius secundus predecessor noster tue ser. decreverit mit-
tere misericordiam. Nos qui nuper divina providentia ad summi apostolatus
fastigium provecti sumus eiusdem predecessoris nostri voluntatem obsequi-
um attendentes tuamque animi magnitudinem maximis in rebus
cognitam intuentes nullam moram interponendam putavimus quin
ensem et pileum transmitteremus tibi vel tamquam premium tue
virtutis vel tamquam testimonium nostre de te opinionis. Cum enim quod
tu res gestis quarum fama per omnes gentes nationesque pervagata
est eo glorie et celebritatis provecte sunt ut humanis ingenijs non
apte decorari possint videantur que sunt tam in diuinis honoribus
augendis fideque et religione nostra propaganda fortiter fuisse fe-
liciterque versata sed tamen si non tam munus ipsum quam muneris
misterium interpretari volueris intelliges profecto nihil esse am-
plius a magna virtute expetendum quod non tibi in eo ipso dono
aut aperte datum aut mistice significatum sit. Nos enim qui vi-
cariam dei potestatem in terris obtinemus pileo te quasi in partici-
pationemque sacerdotalis dignitatis ascivimus tibique nobiscum unum pa-
tronum ac defensorem summum deum adoptamus. Ensem vero cum por-
rigimus satis aperte demonstramus et te uti velis tum ad propu-
gnationem eorum qui tibi fide ac religione verique dei cultu con-
iuncti sunt tum ad oppressionem illorum qui et hostes ipsi sancte
fidei et omnibus fidelibus hostes unique sunt ac semper fuerunt
ita quod ad meritum tue pietatis pertinet te in dei complexu sum-
mo ac proximo collocamus, quod ad fortitudinis laudem tibi pro
pugnationem christiane fidei committimus. In altero te a deo in
altero nos a te adiuvari velle significamus et possumus. Sed
huius totius doni atque misterij vim atque sententiam tu pro
tua prudentia facile cognosces. Nosque cum ... supradicto
predecessore nostro cur te potissimum in hoc munere tradendo cete-
ris antetulerimus facile est ad reddendam ratio. Nam ut omitta-
mus nobilitatem generis et sanguinis, qua tibi pares multi re-
periuntur sepe, ut nihil de regia potestate dicamus que fortune
potiusque est et non virtuti debita, illud certe nullis laudi-
bus equari possunt que tu adversus finitimos scithas christiane
fidei hostes pro veri dei honore atque gloria magna precla-
raque gessisti, agisque ut audimus prope quottidie et tu antea mi-
rabiles atque insignibus victorijs tuis iam contaluerunt, ea
porro propria sunt tui a deo tu auctore omnium bonorum ad te pro

fecta. Cum tu soli gratiam uni illi persolvere debeas. Nam et ipse id fecit
ut preclare de eo posses promereri et ipse faciet, ut laborum ac pe-
riculorum omnium quae pro illius nomine defendendo subiisti, sint tibi
et in celo et in terris parata premia sempiterna. Nec nos ad
Btem tuam paterno affectu et nova quadam erga virtutes tuas
caritate inflammati perscripsimus. Ut te in domino nostro exho-
ro hortaremur nihil deflectere ab instituto itinere tante vir-
tutis et pietatis, sed considerare illos, ea quae agere, quae illi grata
et probata esse intelliges. Dilecto quoque filio paulo electo lu-
cerino mandavimus. qui ad te ensem et pileum supradictos
attulit. Ut in eis consignandis missa solemni celebrata ple-
naria indulgentia omnibus qui presentes affuerint, de nostra
et btorum apostolorum petri et pauli sancte confisus concedat et
largiatur. Certe in rebus quae ad dignitatem et commoda illius tue per-
tinebit nostram cum domino sancteque apostolice sedis liberalitatem
et benignitatem tibi paratissimam fore prompto animo pollice-
mur. Datum Rome apud sanctum petrum sub anulo piscatoris
die penultima Martii M. D. xiiij pontificatus nostri anno primo.

Al nome de dio sia la eterna memoria de Le cosse mfrascritte. Noi
Sigismundo per la gracia de dio Re de Loloma gran duca de Litua
ma, m Russia Prussia Samagithiaq signor & herede rō. faciamo noto
et mamfesto a ciaschuno Como habiando visto e considerato Le Lectere
Primlegy et mscripcione antiquamente facte, fra Li Serem^m^ prmcpi
Zoe de La bona et felice memoria Vladislao Jagelo Lo auo nostro, si
milmente Vitoldo Sigismundo Cazmiro nostro patre car^mo^ Re de Lo:
loma e Grandi duche de Lituama predecessori nostri duna banda, &
Li Serem^m^ predecessori del gran Cesaro de la grande orda Mengliche
rey fratello nostro Zoe Takthomisch, et Li altri Imperatori, et An:
chora patre suo, chiamato Adzygerey de laltra banda, per Le quale
Lettere primlegy Lige et confederacione habiamo chiaramente mteso
la pace, Amicicia et fratermta fra Li predicti primcpi et segnori
esser stata facta vmta, et effectualmente corroborata m tal modo,
ch fra lor viuevano Como amici & fratelli; Et lo amico del vno
reputauano amico del altro, et Limmico del vno mmico del altro,
& cosi con comune sforcza: & vnammo voler, combatheuano cō
ciaschuno Lor mmico, per La qual cosa Li confm del mperio &
luna & laltra Lor signoria, de di m di cresceuano, et se amplifica:
uano: Et Lor cose cōmune tanto a tempo de pace, quanto a tempo
de Guerra, prosperauano. Anch vm. considerando Li pacti Lige
e amicicie Noua mente facte non soler esser, tanto ferme, stabile
e sule Le. qnto quelle che antiquamente sono probate & cogno
scute, poi ch per La gracia de dia, habiamo consecuto La sedia
& signoria del auo e patre nostro, Nel Regno de Loloma &
nel Gran ducato de Lituama. In sino a questo tempo non habiamo
voluto cercharc altri pacti: confederacion & Lige. Anzi
seguendo Le vestigie de Li nostri antecessori, habiamo voluto
mantener & conseruare: Lantiqua amicicia & fratermta del
nostro fratello. Sere^mo^ Jmpator Mengligerey & questo Lyia:
biamo demonstrato per molte et honorifice Ambassarie. Sa:
Lutando Lui per Li. Nuncy et corrcri nostri, & per altre
sign de beneuolencia m verso del dicto fratello nrō: Essendo
dunch, el ditto fratello nostro. Ser^mo^ Jmperator, grato de
La nostra bona volunta verso de Lui & desiderando ch

Lamicicia & fraterm̃ta fra li anteceſſori de luno & laltro gia mto
menſata et facta fra noi perſeuere, et cum maiore certitudine ſia
confirmata a vm & per lettere & per ſoi oratori don Labarchabi
Vincencio de Guczulphis & babtiſta de sancto Nicolao ha nũ-
ciato Come multo deſidera ch la predicta amicitia et frater
m̃ta nra ſia co noue pacti Juramenti lige & confederacion co
firmata Noi dunchi Sigiſmundo ſupradicto Re & Grãn duca de
de conſiglio de li conſglieri de luno & laltro stato hauemo a tali
noue ſcriptiure et concluſione de la dicta Concordia pace Liga
& amicicia conſentuto perzo con le preſente lettere noſtre facemo
noto & manifeſto a ciaſquadano como habiamo fatto noua liga &
confederacion de pace perpetua con lo grande Imperatore de
Grande orda Mandigerey fratello noſtro Et co Machmet
Cherey Soltan ſuo figliolo e tutti altri ſoi figlioli & nepoti
con li quali volemo perſeuerare in quella amicicia & fraterm̃ta
che fu fra li bona memoria predeceſſori noſtri, et fra lo noſtro
patre Caſmiro Re & lo Imperatore Adzygerey ſimulmente
patre del noſtro fratello, ſuticando hauer li amici & mimici
comum, ſenſa miſſuna differencia, & lo dicto gia molte volte
noſtro fratello Mendigerco Imperator, cu tutti, et ciaſchuno
figliolo ſuo, Nepote fratello, minor de tempo, & con vniuerſo
conſiglio, tanto del dextro, q̃nto del ſiniſtro lato legionary,
Millenary Centurion et tutti Vlam Murſi, Durhi & altri tuti
dignitary Mgrati in qualunch modo nominati & genti ſue, contra
qualunche ſi ſia mimico noſtro per la noſtra minicia come per ſua
propria ſara tenuto et obligato battagliare, & tutti quelli inſeme
& ciaſchuno de lor, lo mimico noſtro reputare per ſuo mimico
& Amico noſtro per ſuo Amico, Et piu Anchora tutte forte-
lezze, Rocche Caſtelli territory, Conſtati citati, ville prati
fundi aque, terre le quali lo mimico noſtro Rompetor de fede
Moſcouita dal gran ducato da Lituania, al tempo de la preſi
dencia, del Serem^mo Alexandro re anteſſore & germano noſtro
Car^mo contra lo ſuramento ſuo, ha tolto, & a tradimento occu
pato, el predito fratello noſtro con forze ſue & de li ſoi

Sara tenuto & obligato recuperare de li mam & dicione de esso Moss.
kouita, & a noi gratuita mente: & sensa Alchuna dificulta &
dimora renderle: Et cráscaduna uolta che haueremo bisogno del suo
aiuto contra lo dicto mimico nostro Moskouita, & contra qualunch
sisia altro mimico nro. A mútare Soccorso et ausilio sera obligato
piu presto ch̄ pora in tal numero & con tanta gente: quanta de
lui fratello nostro desiderarcmo, & smilmente li Castelli Re:
giom: terre aque: dacie, et tutti obuenciom & vtilitati li
quali li antecessori de esso fratello nostro. Anch̄ el patre suo
Adzigerei, et lui stesso fratel nostro Imperator Mengli
gerey in lor lettere, con li sigilli aurei sigillate, hanno descritto
a li domny del gran ducato de Lituama pertmere: Et consisia
ch̄ alcum de tali Castelli, per negligencia de li ancessori nostri
uenendo ne le mam del mimco nostro Moskouita, sono aguntí &
aplicati a la soa dicione. Sl dicto fratello nostro Imperator Men:
digerei firmando se ale scripture, de li ancessori sui & ale
Conclusiom ch̄ ha fatto con noi sotto, la parola Imperiale
quelli Castelli sopradicti Anch̄ con forze sue dcacra de le
mam de Moskovitha, mimco nostro recuperare, & donarli
semplicemente a noi, & sensa obstaculo & alchuna dificulta re:
signarli. Simlmente qualcunq altri Castelli Cittadi Contadi
forteleze nostre a lo Reame de Poloma spectante, li quale
perlauere fosseno tolte & occupate, ch̄ dio nendeguarde per
qualcunq si sia nostro mimco, in tal caso, lo nostro fratello Im:
perator Mendigerey, sera obligato darce soccorso, & ausilio
per recuperare quelli Castelli Contadi Citadi & forteleze
ch̄ noi anchora Alifiglioli de Aymat, & figlioli de Maymatch
mimci del fratello nostro Mendigereo Imperator, haue:
remo per mimci nostri, et con esso contra quelli, volemo
guerrecare. Item lo mimco de esso Schaymat volemo tener
captiuo, ne li domny del gran ducato de Lituama. Et giamai
in tuta la vita soa non Lassarlo, finch̄ mora, Anch̄ a soi seruí
non volemo dare licencia ne facultà: de andarcne, azo ch̄
no possa, ne possiano fare, dano al dicto nostro fratello, Et
questo se intendera, se el dicto fratello nostro Imperator

Mendigerei. le sue promisse et pacti Anni mantenira, & com effecto
compiera. Item tute le incursione. damni mdignitati. offesi. tanto al Re
gno de poloma. quto al granducato de Lituama. Al tempo de Li
Serem^m. de la felice recordacion. Cazimiro patre Alberto
Alexandro fratelli re de Poloma predecessori nostri Anch
al nostro tempo, per mathymet Chereij soltan & altri Soltam
figlioli & nepoti del dicto Imperator. Vlam signori marse facte
& date. tute vniuersalmente ce le remettemo. & omne rancore
o vero desiderio da vendetta cassamo tutalmente del animo nro
& de adesso inanzi sara libero sotto el pretexto dessa pace &
ferma amicicia al fratel nostro Impator. & a machymeth Che
rey soltan & altri soltam in loro proprie persone. a li do
miny del gran ducato da Lituama. o uero ad noi Gigismando Re
como hospiti & invitati. o uero auxiliarij contra Castiano
inimico nostro con loro genti. in certo in numero & conto
per vn admisso o riquesto senza qualcunch sconzo & incomodo
de lor. & anchora senza dani impedimenti de li dominy nri
venire & liberamente tornare. La quali in tal modo venendo
et tornando como Amici saramo da noi humanamente et ho
norevelmente. tractati. Item mercatanti & et venditori. de
pelle animali. & qualcunch altre cosse. tanto del dicto Im
perator Mendigerej fratello nostro. quto de suo Consiglio
pagando li antiqui Teolonei. o vero gabelli Gabiano libera po
testa de portar le soe robe. & de exercitare Comercij
per nostri dominy in tel Reame de Poloma & gran ducato de
Lituama. Ma si accadesse ch li predicti mercatanti, fussene
per qual si sia official nostro, oltra il solito agrauati
inustamente, allora noi Castigando primo li nostri officiali
faremo a quelli mercatanti cossi graduati, pagare & resar
cire omni dano. Item uolendo noi, ch la mumficentia dal
nostro fratello. Imperator Mendigerej sia piu cuidente
a soi seruitori. La quali per tali dom Aucti & sableuati
siano piu idonei prompti & apericchati de giouar noi
contra li nostri inimici, promettemo al dicto Impator

Mendigerco fratello nostro de la gracia nostra fraterna con la quale lo abraciamo Ciasquidauno dumo Anno donarli & mandarli p nostro proprio Nunchio quindesi milia florem vna meza parte de quella suma zoe sette milia & cinque cento florem m.le de nari contanti & laltra meza parte in le merze & tante robe de li quali dom & presenti vna meza parte mandaremo a lo fratello nostro per lo die de la pentecoste & laltra meza parte al di de san Martin & cosi promettemo ser uare tute le cose de supra expresse si lo sopradicto Impa tor Mendigerey fratello nostro tutte le supradicte Condi cioni pacti Conclusiom m loro Articuli & puncti mocussa mente & simplicemente sensa qualcunch altro colore temra & con effecto adimpira In fede & testimomo de tute le quale Cosse queste nostre lettere patenti del Consiglio de li Consglieri nostri del Regno nostro habiamo fatto scriuere Et quel vigore del sigillo nostro regale corroborare Dat

Sigismundo per la gracia de dio re de Loloma Gran duca de Ituama & de Russia & Prussia signore & Herede et cæ

Significamo per tenor de le presente nostre letre ache appar tene tucti de vno in vno che haueramo noticia de queste come alo Illustre Signor Machmet kerey soltano figliolo del Seremmo Signore Imperatore de Tartari del orda Precopense Mangligerey fratello nostro dilectissimo Noi con quela fraterna beniuolencia ch lo ~~ap~~ abbracamo li damo e concedemo per queste letre de fede publice salue condocto Regale Cristiano assecurando lo m ogm modo che esso Machmet kerey soltano possa con ducento canalli & con soe cose et anco de li homim soi aener da noi

quandocunch le piacesse · securamente nel Regno nostro de polonia
· o · nel gran ducato de lituania & stare mseme con noi securo · senza
alcun temore · & quelle disposte · o · non disposte · da poi m quel medesmo
modo securamente con lo predecto numero de caualli · & persone
possa retornare m patria · accasa sua · Et azochè · tucti nostri
subditi deano fede ad queste nostre presente letre · comandamo
attucti de vno m vno · de qualunch stato · & condicione · che
questo saluo conducto nostro requisiti · & requirenti · fedelmete
tenete · & obseruate permectendo al prefato Machymet kerey
Soltano · nel suo vener · & retornar da noi passagio securo · et
facendole fagore · Non permectendo per altri · ne facendo
per voi · machenacione alcuna · manifesta · o · ucro occulta
contra loi · o · de li soi chiunche dunche · che se sia · de nri
subditi · et m qualunche seuoglia loco che fosse · ch con temera-
ria audacia hauesse arder de violare · o · rompere questo
nostro saluo conducto · se conosca essere accascato m crimen lese
Mtis · et de deuere essere da noi irremissibilmente punito
& castigato · Ale quali letre de fede publice · & nostro saluo
condocto · per piu euidente testimonio · hauemo facto appender
de sotto questo nostro Sigillo · si come appare · dat · vilne ad
septe · de septembro · Mille Centocento tredecimo

o

In nomine domini amen Ad perpetuam rei memoriam Nos Sigismundus dei gracia
rex polonie Magnus dux lithuanie Russie prussie · Samagitie ep · dnus et hered &
Sigismirandus tenore presentium, quibus expedit universis et singulis Quia revolven
veteres federis conclusiones · Serenissimorum predecessorum nrorum felicis recor:
dacionis Wladislai Jagelo avi · Vitoldi · Sigismundi · Kazimiri · genitoris · Regum
polonie et Magnorum ducum Lithuanie ex una · Et predecessorib serenissimi
Magni ordis Magni Cesaris Mendigerey seu noster Chakthomisch · Adzigerey
pre inserpato · et eius Imperatoribus · partibus ex altera · factas · pimlegios
et inserpcionibus utrinq confirmatas · quibus liquido satis perspeximus

Illas tempore presidencie, seu dominacionis eorum inter se coniunctissime et fene
comunxisse. et solido favore. sincero᷈ affectu invicem fuisse complexos, ita vt
alterius hostis pro communi hoste semp habaretur. Itidemq̄ alterius amicus
non nisi communis amicus censeretur. preterea vnitis semp viribus, et con:
cordi voto contra quemlibet hostem dimicabatur. Cuius amicicie interve:
tu fines Imperij et dominiorum vtriusq̄ hostili potencia perdomita, et
confracta propagabantur, et non parvo indies augebantur incremento. Ita
vt res illorum communes fide admodū domi forisq̄ haberentur. Nos etiā
diligenti et matura intra nos deliberacione habita consideran novarum federum
amiciciarum, et societatum dubios fore euentus, illis veteres amicicias
quas solidiores vsu semper didicimus: preferen. postquā ad culmen Regalis
Dignitatis in Regno polonie, et magno Ducatu Lithwanie pria avitaq̄
solia fauen dño, conscendimus. vsq̄ ad id tempus a novis societatibus et
confederacionibus semper abhorren, non alibi vnquā amicicias nobis compa:
rare volumus, q̄ apud fratrem nrm Cesarem Mendigerey. dignumq̄ existima:
uimus, cum quo in omnibus officijs et beneficijs, imitando vestigijs predecesso:
rum nrorum. certaremus. quā nram erga illum tam propensam voluntatem
frequentibus et honorificis legacionibus muneribus, cursoribus nris, et alijs beni:
volencie argumentis illum salutando. Cuiusq̄ ipm rebusq̄ suas incolumes
esse cupiamus, nisi sumus in hanc vsq̄ diem sedulo demonstrare. Is
demum frater nr Cesar Mendigerey cuius nri erga illum affectus nō ingra:
tus, cupiens amicicie taliter iacta fundamenta tam a predecessoribus, q̄ etiā
a nobis valescere, et maiori certitudine roborari, nobis tam per lras q̄ per
oratores suos Dowlekbaktybij Ducem, et Vincencium Baptistam declara:
ravit se plurimū desiderare, vt predictas amicicias novis rursum conclusio:
nibus et inscripcionibus, ac iuramentis confirmaremus. Nos vero Sigismun:
dus supradictus Rex, et Magnus dux etc de consilio Consiliariorū Regni nri
Statuus vtriusq̄ gra divina id nobis inspirante in eiusmodi novas inscrip:
ciones et conclusiones consensimus. presentibusq̄ nris lris innotescimus vniuer:
sis et singulis. quia inijmus perpetue pacis federa cū Magno Imperatore
magne horde Mendigerey fre nro. Cum quo vera amicicia et benivolencia
perseuerare volumus. qualis inter dive memorie predecessores nros et geni:
tores nrm Kazimirum Regem, et Azzigirej Cesarem simul perm... cuius
extitit, hoc est amicos et inimicos communes esse semp censendo. Et supradictus fr
nr Mendigerey Cesar cum omnibus et singulis natis Nepotibus. fratribus na:
tu minoribus et cum vniuerso, tam dextri q̄ sinistri lateris Senatu Le:
gionarijs Millenarijs. Centurionibus et omnibus vlanis et Kniesis du:
cibus Ceterisq̄ omnibus dignitarijs Magistratibus quocunq̄ nuncupatis
et gentibus contra quemlibet hostem nrm pro nra iniuria veluti pro:
pria dimicare tenebitur et erit obligatus. Cum quibus supradictis omnibus
erit amicus amicis. et inimicus inimicis. Et item castra castella territoria

Comitatus. urbes. villas. Intra aquas terras quas hostis noster fidefragus
Moskouita a Magnoducatu Lithuanie tempore presidencie Serenissimi
olim Alexandri Regis predecessoris et germani nostri charissimi con
iuramentum divulsit et dolose occupavit, predictus frater noster illa omnia
suis suorumque viribus ex eius manibus seu dicione recuperare no:
bisque gratuito et sine quavis difficultate restituere tenebitur et erit
astrictus; et quociens opus eius auxilijs contra dictum hostem nostrum
Moskouitam habuerimus, illa nobis cum omni potentatu suo quanto
celerius poterit prestabit. Et similimodo contra quemcunque alium hostem
nostrum, nobis erit auxilia prestare tenebitur et erit obligatus in eo numero
et copijs quibus nos fratrem nostrum requiremus. Item similimodo Castra
que predecessores eius fratris nostri Cesaris et pater Azigirej Cesar, ipseque
frater noster Cesar Mendigerej pariter cum regionibus terris, aquis et
omnibus obvencionibus utilitatibusque et dacijs in eorum literis aureis
sigillis signatis et munitis descripsere, ad dominia Magniducatus
Lithvanie pertinere. Que quedam ex talibus Castris negligencia
predecessorum nostrorum in manus hostis nostri Moskouite modern
eius dicionem accessere. Ideo predictus frater noster Cesar Mendigerej intuendo
inscripcionibus predecessorum suorum conclusionibusque nobiscum
factis verbo eius firmo Cesareo illa etiam viribus suis recuperare
de manibus Moskouite hostis nostri et nobis simpliciter sine quavis
renitencia resignare seu tradere ad Magnum Ducatum debebit. Item
Nos eciam filios Achmath et filios Machometh hostes fratris nostri
Mendigerej Cesaris pro hostibus habebimus et cum ipso contra illos
hostilia volumus exercere. Item hostem ipsius Siachmat in domi:
nijs Magniducatus Lithuanie captivum volumus tenere et ex ca:
ptivitate ad damnum et incomodum ipsius Imperatoris Mum ad tempora
vite sue nunquam liberum dimittere. Dederimus etiam suis in dispendium
dicti fratris nostri licencia seu facultate abeundi nolumus prestare. Et
hoc si Imperator nobis supradicta servaverit promissa; preterea
omnes et universas hostilitates damna, indignitates et alia eiusce:
modi utrique dominio nostro tam Regno polonie quam Magnoducatui Lith:
vanie, quondam Serenissimorum felicis recordacionis Kazimiri patris Alberti
Alexandri, fratrum Regum et predecessorum nostrorum tam eciam nostro, tem:
poribus, per Machmeth gerej Soltan et alios Soltanos fratres et filios
dicti Cesaris Satrapas seu Vlanos duces Mataby et inflictas, id uni:
versum illis remittimus. omnemque rancorem seu vlcionis libidi:
nem ex animo abolemus. Liberumque deinceps erit pretextu eius
federis et solide amicicie fratri nostro Cesari et Machmeth gerej Soltan

Alysque Soltanis in eorum proprys personis in dominia Magniduca-
tus Lithuanie vel etiam ad nos Sigismundum Regem tanquam ho-
spitibus et invitatis vel uti auxiliarys contra quelibet hostem
cum earum gentibus in certo numero, per nos admittendo, sine
quovis incomodo suo et dominiorum nostrorum venire et redire Quiquidem
tales advenien et redeuntes veluti amici, debebunt a nobis nostrisque subdi-
tis humaniter quoque honorifice tractari. Item Mercatores Institoresque
tam dicti Cesaris Mendigerey fratris nostri quam etiam eius Senatus, so-
lutis antiquis theloneis seu gabellis consuetis et comercia exerce-
di in dominia nostra tam Regni Polonie quam Magniducatus Lithuanie
liberam habebunt potestatem, Si autem acciderit predictos Mercatores
per quempiam officialem nostrum ultra solita gravari. Tunc nos facta
in officialem iusta animadversione indebimus omne dampnum
gravatis resarciri Item volentes ut munificencia fratris nostri Cesaris
in servitores eius magis appareat conspicua. Aliique eiusmodi do-
narys sublevati ad amicitiam nobis reddantur paratiores et magis
idonei, promittimus dicto fratri nostro Cesari Mendigerey ex gratia nostra speci-
ali quam illum complectimur, quolibet anno quindecim Milia florenorum
per proprium nostrum Nuncium, medietate in numerata pecunia. Et
altera medietate in mercibus transmittere.6 Aliaque omnia superius
expressa inviolabiliter tenere. frater autem noster Cesar Mendigerey omnes
et singulas supradictas condiciones inscriptas conclusiones in eorum arti-
culis et punctis tenebitur observare inconcusse, et simpliciter sine quovis
colore et erit astrictus, In quorum omnium fidem has nostras patentes literas
de consilio consiliariorum nostrorum Regni nostri fecimus conscribi
et Sigilli nostri munimine quo tanquam Rex Polonie utimur roborari

6 Quam summam in duas Ratas dividere debemus prima Rata erit
9 pro Penthecostes Secunda vero pro festo sancti Martini

Significamus tenore presencium quibus expedit universis et singulis harum
noticiam habituris Quia Illustris dominus Machmet Gerey Soltan

Serenissimi domini Imperatoris Tartarici orde Przecopen Mendigerey fratris nostri
dilecti Natum sua benivolencia complectentes Eidem ob eandem suam
benivolenciam Salvum conductum nostrum Regium creavimus per has publice
fidei litteras damus et concedimus ipsum omnimode assecurando quemadmodum eum
Machmetkierei Soltan cum ducentis personis cuiuslibet status et condi:
cionibus ac cum totidem equis atque rebus suis proximum Liceat ad nos omni
tempore se commode offerente tute et secure venire in Regnum nostrum Polonie
aut Magnumducatum Lithuanie, nobiscumque manere et morari pro
libito suo. atque res suas nobiscum tute et absque metu aliquo agere
et disponere. Easdemque dispositas vel indispositas eodem modo tute et
secure cum uno equorum et personarum ad propria redire et remeare
Ut autem presentibus litteris nostris fides ab omnibus nostris subditis habeatur
omnibus et singulis status et condicionis cuiuslibet mandamus et seri:
e precipimus quatinus hunc Salvum conductum nostrum requisiti et re:
quirendi fideliter teneatis et observetis prefato Machmetkierei Soltan
ad nos venienti et a nobis redeunti tutum transitum ac favorem
exhibendo, nullas machinaciones in eum neque in suos palam vel occulte
subministrando vel patrando Quodsi quis vero ausu temerario ex
subditis nostris ubilibet existentibus huiusmodi Salvum conductum
violare et temerare ausus fuerit crimen lese Maiestatis se incursurum
et irremissibiliter puniendum noverit, Harum autem publice fidei litterarum
Salviconductus in evidens testimonium sigillum nostrum subappendi
fecimus Dat

In nomine domini amen. Anno a Nativitate eiusdem Millesimo quingentesimo decimo
tercio Indictione prima die vero Vicesima quinta mensis Septembris
hora terciarum vel quasi. pontificatus Sanctissimi in christo patris et domini
nostri domini Leonis divina providencia pape decimi Anno eius primo
In mei Notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vo-
catorum et rogatorum presencia. personaliter constituti Reverendus in christo
pater et dominus dominus Fabianus dei gratia Episcopus Varmiensis et Venerabiles
viri domini Andreas de Cletz Custos. Georgius de Delaw Cantor Jo-
hannes Sculteti Archidiaconus Baltazar Stokfisch Nicolaus Coppernic
Andreas Copnyk. Henricus Snellenberg Johannes Crapitz et Ti-
demannus Gise Canonici ecclesie Varmiensis, Capitulariter congregati et
Capitulum facientes et representantes. narrando proposuerunt
Quod cum postquam ipse dominus Episcopus Fabianus ad ecclesiam Varmiensem
tunc pastoris solacio destitutam Canonice electus fuisset, orta
propterea inter Serenissimum principem et dominum dominum Sigismundum
Regem Polonie. huiusmodi electioni se opponentem, et ipsos dominos
Episcopum et Capitulum differencia et materia questionis. Ipsi domini
Episcopus et Capitulum occurrere volentes. periculis ipsius ecclesie ac
bonorum temporalium eiusdem invasioni et devastacioni, ad
quam causa ipsa tendere videbatur. exemplo presertim
preteriti cladis moti, ac pro hoc indempnitati ipsius
ecclesie prospicere cupientes, quosdam articulos Concordie sive pa-
ctionis modum et processum, in futuris Episcoporum electio-
nibus, earumque confirmacionibus. observandum exprimentes
Salvo tamen in illis beneplacito Sedis apostolice. beneplacito et consensu
cum prefato domino Rege. pro se suisque Successoribus, inierunt
et acceptaverunt. prout in litteris sub dato. Pyotrkovie in Con-
ventione generali. Anno domini Millesimo quingentesimo duodecimo
die Martis Septima mensis decembris desuper confectis, ple-
nius contineri dicebant. Quapropter ipsi domini Fabianus
Episcopus, et Capitulum prefatum, sic ut premittitur Capitulariter
congregati. omnibus melioribus modo via iure causa et
forma. quibus melius potuerunt et debuerunt, fecerunt
nominaverunt, constituerunt deputaverunt et ordinave-
runt, suos veros et legittimos, ac indubitatos procuratores
sive Sindicos, ac negociorum infrascriptorum, actores factores
gestores et defensores. atque Nuncios speciales et generales

ita tamen quod specialitas generalitati non deroget nec econtra videlicet
Reverendissimos in Christo patres dominos Thomam Sacrosancte Romane ecclesie
presbiterum Cardinalem, Et sancti Martini in montibus vulga:
riter Strigoniensem nuncupatum et Johannem archiepiscopum sancte Gnezensis
ecclesie Regni Polonie primatem, absentes tamquam presentes et
quemlibet eorum insolidum, ita tamen quod non sit melior con:
ditio primitus occupantis, nec deterior subsequentis, sed
quod per unum eorum inceptum fuerit id alter seu alii eorundem
prosequi continuare mediare valeat, seu valeant pariter
et finire videlicet specialiter et expresse, ad ipsorum dominorum
constituentium nomine, et pro eis coram sanctissimo domino nostro prefato domino
nostro papa, eiusque sacro Consistorio ac Commissario seu Commi:
ssariis, super hoc forsitan deputandis comparendum, prefa:
tosque articulos pactiones et Concordiam inter serenissimum se:
renissimum dominum Regem ex una, et ipsos dominos constituentes ex
altera partibus ut premittitur factas, dummodo tamen per
eos et sub iuris et observantie concordatorum germanice
nationis in ipsa ecclesia quo ad alia in eisdem articulis
non contenta non derogetur aut preiudicium ullum generetur praeiudicium
apostolica auctoritate approbari et confirmari, eisque perpetue
firmitatis robur, cum defectibus in illis forsan commissis
opportuna suppleri, ac decretis et statutis, ad hoc
necessariis apponi, litterasque desuper opportunas concedi petendum
faciendum impetrandum et obtinendum, Necnon in articulos
sive pacta huiusmodi si opus fuerit de novo consentiendum
et illius occasione, quodcumque licitum et honestum iuramentum
quatenus necessarium fuerit, in ipsorum singulorum dominorum
constituentium animas prestandum et iurandum, aliaque et alia
faciendum agendum et procurandum que de iuris vel facti
necessitate in premissis requiruntur, Unum quoque vel plures
procuratorem seu procuratores loco sui et eorum cuiuslibet, in simul
aut limitata potestate, ponendum et substituendum, Eumque
vel eos revocandum, et onus procuratoris huiusmodi in se
reassumendum, totiens quotiens opus et visum fuerit expe:
dire, presenti procuratorio nihilominus in suo robore duraturo

Et generaliter omnia alia et singula dicendum faciendum gerendum
exercendum et procurandum, que in premissis necessaria fuerint
seu etiam quolibet oportuna, et que ipsimet constituentes faci:
rent dicerent et exercerent, seu facere et exercere possent, si
premissis personaliter interessent, etiam si talia forent que man
datum exigerent magis speciale, quam presentibus est expressum,
promiserunt insuper iidem domini constituentes per manum Reverendi
domini Episcopi prefati michi Notario publico infrascripto tanquam
publice et autentice persone, stipulanti et recipienti
vice et nomine omnium et singulorum quorum interest aut interesse
poterit in futurum, se ratum gratum et firmum perpetuo habi:
turos quicquid per dictos eorum procuratores constitutos vel
substituendos et quemlibet ipsorum, actum dictum factumve ge:
stum procuratumve fuerit in premissis et quolibet premissorum
Relevandi nichilominus et relevatos habere volens, eosdem suos
procuratores, constitutos vel substituendos, ab eis et quolibet ipso
rum ab omni onere satisdandi, Iudicio sisti et iudicatum solvi
sub ypotheca et obligatione, omnium bonorum suorum, mobilium
et immobilium, presentium et futurorum, ac sub omni iuris et
facti renunctiacione, ad hec necessaria pariter et cautela,
de et super quibus omnibus et singulis premissis, ipsi domini
constituentes, me Notarium publicum infrascriptum requisi:
verunt, ut eis unum vel plura, publicum seu publica con
ficerem instrumentum et instrumenta. tot quot forent necessaria
et opportuna, Acta sunt hec in Castro Episcopali, opidi
Brunsbergensis, sub anno Indictione die mense loco et ponti:
ficatu quibus supra, presentibus ibidem venerabilibus
viris dominis Georgio Hintze decretorum doctori Reverendi domini Episcopi Economo
et Felice Reych Cancellario Clericis Culmensis et Pomeza
niensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et ro
gatis

Et ego Clemens Leonardi Clericus Warmiensis diocesis
publicus sacra apostolica auctoritate Notarius, ac Venerabilis
Capituli ecclesie Warmiensis scriba iuratus quia huiusmodi

premissis Constitucioni, prefatis dominis rati habendo et soluendo
Ambobus et alijs et singulis premissis, dum sic ut premittitur
agerentur et fierent vnacum prenominatis testibus presens
interfui Eaque omnia et singula sic fieri vidi et audiui
Ideirco hoc presens publicum instrumentum ~~manu~~ per me in
nota recepta exinde confeci manu mea propria
~~sub~~scripsi, et subscripsi meisque nomine et signo solitis
et consuetis signaui In fidem et testimonium omnium et
singulorum premissorum rogatus et requisitus

Anno domini Millesimoquingentesimotredecimo: Instructio legacionis domino Petro Thomiczky ad Serenissimum dominum Hungarie Regem data decimanona Nouembris Vilne

Serenissime Rex Mei huc ad vram Mtem aduentus causa prima est vt vre Mtis eiusque suauissime Sobolis incolumem ac felicem statum nomine Serenissimi principis et dni dni mei Sigismundi Regis polonie germani vre Mtis inuiserem, et quanto magis obseruanciam et amorem sue Mtis in vram Serentem eiusque suauissimos natos declararem, quandoquidem Seremus dnus meus vram Mtem integerrimo amoris affectu diligens, omne id felix et faustum, quodcunque sibi optaret, eque vre Mti suisque amantissimis natis fauet et a deo optimo deprecatur, atque sibi ipi. Et si quid Mtas sua, seu debite officij, rarius inuisendo vram Mtem neglexerit, petit et optat, vt vra Mtas occupacionibus grauissimis, non sue Mtis affectui neque neglectui ascribat, Nam nedum inuisere per Nuncios vram Mtem crebrius sua Serenitas officij sui esse existimat, sed etiam si possibile esset in optatis haberet vt vram sepius videre et intueri possit atque eidem quocunque sensu amoris officio gratificari,

Cum autem Seremus dnus meus indubium habeat vram Mtem non ignorare se atrocibus bellis hactenus tum a Scismaticis tum infidelibus Tartaris persequutam esse, et indesinenter adhuc persequi et adurgeri, quamobrem sua Serenitas Regni securitate preuisa coacta est se elongare a Mte vra et commigrare in Magnumducatum Lithuanie vt exercitu comparato hoste vzt duce Moskouien arceret, et sua defenderet, Ideoque sua Serenitas sperat quod vra Mtas iustis excusacionibus consenciens, veniam prestabit, si quid in eam, vti germanum charissimum studij vel officij antea consueti neglexerit,

Seremissimo Rex dum Sere^mus dnus meus Rex polonie germanus vre Ille hoc atroci bello quod suc Sere^ti hos toto anno exercitu numerosissimo supra centum milia hominum memorato arces in duabus partibus longe a se distantibus duobus exercitibus oppugnando dux Moscouie federe perpetuo postergato ac irrita: rando temerarie quod prestitit temerario intulit inferre / hactenus exercitus exercitus et in durata Lithuanie existens in comparando exercitu quo hostem vel arce: ret vel diuino fauore superaret, occupabatur. Intellexit cum magno animi sui dolore viam quoq; sibi atq; sue domui a Tartarum Imperatore hosti: litate lacessiri et peti. Idipsum vero Sere^mus dnus meus tanto dolentiori animo tulit / q tam atroci bello occupatus existens, nor vre Ille, neq; vobis molesto. Regno scam quo sibi omia competentia esse existimat et per: suadet consilio et auxilio succurrere potuerit.

Et dum sua altas tam ob suas, q eciam ob vre Ille nos amo turbato et sollicito esset, a via Ille nouum consolacom asseret, suc Ille miciatam est / quod auspicijs felicibus vre Ille deo optimo prestante Londas Epus vesperien cla: dem hostibus domina vre Ille Sirijenibus et vastantibus intulerat, Qua: ob rem Sere^mus dnus meus deo optimo maximo grab egit, vre autem Ille grab habet / q in consolacom suam eusmodi novo ipm affici dignata est /

Sed cum hec talia et tales machinacos epicium minantes a potentissimis hostibus et eisdem perfidis, qm nec deum timent, neq; pacta federa seruat, Regnis et dominijs tam vre Ille q Sere^mi domini nici inferantur. Se: remissimus dnus meus necessarium putat / vt in tempestue et incertantes consilia super his vtrinq; habeantur, presertim q alie spes tociens date et oblate de vniuersali expedicon contra infideles compa: randa, evanescat. Quo hec Regna ab insultibus, ab insidijsq; eusmodi hostium protuldubio in nram perniciem conspiratorum sceneat / vel defendat

A videatur inferius.

Vngronatum esse Turci indubium est vt Wayuodam Walachie imperi: mis destruat et exurtat, ob eam rem q subinde sibi patet facilitas ad aggrediendum Regna ista, presertim q Wayuodam Transalpinam, ex suis votis constituat et habet. Nam cum comitiua Tartari nuper contra Wayuod. Walachie plus q hostiliter crudele vastarunt. Quignich in metu inestimabili existens Oratori Sere^mi Dni mei patefecit, se habere pro exploratissimo Turcum sibi decusse

vt eum dominio spoliet et alium auctoritate sua ibidem constituat Et ideo
rebus suis diffidens petit vt neque necessitate sibi et suis in Regno Sere[mi]
domini mei hospicium pateat. Ideoque Sere[mus] dnus meus iam per me vram
Mtem petit vt vra Mtas cum suo sapientissimo consilio prospiciat ne
in alterutrius vrm discrimen periclitetur. Ymo etiam Sere[mus] dnus
meus petit, vt vra Mtas, cuius maxime interest iam provideat et non
dissimulet quia periculum eius cernit tam prope imminere quod faci:
liter eum obruere possit

Temptabit siquidem Sere[mus] dominus meus vt eum cum Tartaro con:
federet licet sciat ipm ex confessione Imperatoris Tartarorum ipm
non modo consilia ad infestandum et vastandum Regnum sue Sere[tis]
sed et auxilia ducatumque prebuisse, eo non attento quod pluries auxi:
lijs Regni polonie a multis periculis seruatus cum suis fuerit.

Animadvertens autem Sere[mus] dnus meus tot et tantas rerum varietates
totque discriminum et insecuritatum insidias, Animadvertensque hostes pas:
sim et viribus et mutuis consilijs, et conspirationibus paratos esse ac co:
siderans, christianis principes quod sit cum eorum venia dictum inter
se continuis digladiationibus agere. opesque inaniter expendere, sangui:
nem cum perpetuo odio, copiosissime profundere. Et interitum huma:
ni generis procurare, mente concepit, deliberatione sanxit, ut cum
Turco vel fedus perpetuum statuatur, vel inducie longo tempore componantur
placuit itaque Sere[mo] domino meo hanc suam deliberationem per me ad
aures vre Mtis suique prudentissimi Regni istius consilij deferri. vt quicquid
agendum erit, tempestive priusquam tempus veris adueniat, communi consilio
et voluntate agatur et transigatur, Nam durante hoc bello Moskovitico
dnus meus Sere[mus], nollet esse absque Inducijs cum Turco Licet remotius
ab eius dominijs quam vestra Maiestas distet.

Scit Sere[mus] dnus meus ex lris vre Mtis eandem accepisse cum Tur:
co quadrimestres Inducias, eedem vero cum expirauerint quid aliud
faciendum erit quam ad solitam inquietudinem animi redire, et cogitare
ne hostis sentiat qui facile sentiet, Et quo fere se bello deliniens exemit
et sibi ocium ad gerendum bellum contra nos peperit

Walacho etiam Serenissimus dominus meus non aliter succurri posse existimat quam per hunc modum, ut Inducijs simul et semel nobiscum includatur quia si destitutus fuerit proculdubio eo se conferet unde sibi salus tribuetur, vel tandem per Turcum destructur

A

Merito Serenissimus dominus meus hunc hostem Imperatorem Turcarum formidandum putat, qui cum parenti fratribus et Nepotibus non pepercit quo alienis parsurus est, Habetque Serenissimus dominus meus pro reperto quod insidias Regnis suis struens cum Tartaro et Moscovita intelligenciam mutuam practicat

Silvestri 1513 Legatio [illegible] Heinrici [illegible] Sedorii [illegible] Magistri domini Illustrissimi domini Magistri Alberti de Marchionibus exposita 26 Decembr +

Post obsequiosam et amicabilem exhibicionem sequitur intentio Regie Illustritati per vestram personam exponenda

Inprimis quod sue R. I. ut dilecti domini nostri et avunculi litterarum responsum nobis ad litteras nostras datum accepimus. Ex quo evident suspicionem et remorsum quam sua R. I. contra nos cum displicentia fert et suscepit cognovimus. In hoc quod inconstantias et animi instabilitates quasdam callidas nec necessarias dilaciones et vias in causa que inter suam R. I. laudabilem coronam Polonie nos et nostrum ordinem vertitur erronee querere et excogitare debere mus quod nos summe gravat et cordialiter turbat

Ex quo dictis vir noster, ut etiam ex preteritis actionibus legationibus et litteris clare demonstrandum est et colligendum una cum Illustribus principibus modo amicabili dilecto domino patre et fratre domino Frederico et domino Casimiro Margrabiis Brandeburgensibus et nihil [illegible] cogitavimus et libenter vi dissentimus quod omni debito in precipua et amicabili condicione determinatum finem et sue R. I. una cum statibus laudabilis

Corone polonie. iterum atque iterum. ut nostro domino avunculo
dilecto. et amico. occasionem dedimus. Nos et nostrum ordinem.
speciali favore. gratia. et dilectione prosequendi

Quapropter multimode nos exhibuimus. omne quod convenienter
sue R. M. et Corone polonie ad vota et complacentiam facere pos
semus. in hoc ad sufficientem. ac indilatam execucionem faciendam in
toto benivoli esse vellemus

Quamdiu aut nobis non licitum est. quicquam ad defectus. et tracta
tus pyotrkovie constitutos. preserti absque sciencia papalis
sanctitatis et Cesaree Mtis et nostrorum superiorum Commendatorum.
Germanie Italie. et Livonie. ineundum aut consenciendum. ut et
sua R. M. in sapienti premeditacione sufficienter potest ponderare
nihil stabile erigi potuit. ob id dilacionem temporis per literas
et legaciones amicabili modo apud suam R. M. quesivimus. et
quod nobis ab omni parte in tractatus obvium erat sue R. M. per
novissimas literas nostras patefecimus

Sic impraesentiarum. iterum nobis duo brevia ad suam R. M. et nos
spectancia sunt allata. Que ex astricta debita obediencia nostre sancti
tati Commissionem suscepimus. quorum copiam brevis ad nos
spectantis sue R. M. transmittimus. et meliori modo noluimus debimus

Desuper quod nobis eo die. quo cum ista nostra Commissione. iter versus
ad suam R. M. suscipere debuistis. Strenui domini Georgii Sinz
bomer. Cesaree Mtis. Legati. adventus fuit denunciatus. quamobrem
vos in crastinum usque detinuimus. Qui nobis Commissionem suam una
cum copia Cesaree Mtis attulit. asserendo etiam. quod in Commissis habet
suam R. M. ex parte Cesaree Mtis conveniendam, et literas sue Mtis
representandas. preserti si suam R. M. in polonia inveniret
et si non haberet literas nobis sue R. M. transmittendas. quo expe
dicior esset ad alia negocia et Commissiones exequendas dare de
beret. Unde dictus dominus Georgius nobis easque literas ad suam
R. M. spectantes reddidit. Quas ulterius vobis sue R. M. fideliter
in manus referendo quod desuper sua R. M. committet. representa
re debetis.

Desuper nobis utique non aliter licebit nec conveniet. quam papali
sanctitati et Cesaree Mti. subditam prestare obedienciam. quo
non in aliam gravaminia incideremus

Est itaque iterum nostra amicabilitis peticio et diligens. sua R. M.
velit per se. ut laudatissimus Rex Cristianus cogitare. et pre
meditare. quid mali aut boni ex his causis sequi posset. et ne
gocia ista ad cognicionem sanctissimi et sancti Concilii admittere. aut

ad alias vias cogitare . que papali sanctitati . et Cesaree Mti grata esse possent . quo multa mala . et gravamina vitarent et nos unacum ordine nostro . cum maiori laude et honore Sue R. M. et Corone polonie . in constantem concordiam . pro communis christiane fidei solamine . venire possemus .

Nam omnia que nos cum utilitate nostri ordinis Sue R. M. absque nostri honoris lesione et ducalis dignitatis . serviendo et complacendo possumus . sumus omni tempore benivoli

Et quod sua R. M. nobis ob eam rem nullam animi instabilitatem aut inconstantiam adiciat . aut gravem animum . ad quem non libenter aliquam occasionem . prestare vellemus contra nos suscipiat . quod erga suam R. M. amicabili ac benivoli diligentia promereri studebimus

Responsum ad prussiam Legationem datum duo Magistro prussie +

Legatio per vos exposita domine Orator sacre Mti Regie ex parte Illustrissimi domini nostri ordinis Cruciferorum Theutonici de prussia charissimi Nepotis sacre Mtis Regie excusare intendit Illustrem dominum nostrum . et istum insignem militarem ordinem . quod ab eis nihil insidiose actum sit neque agatur circa hos tractatus . qui sepe habiti sunt . pro componenda ea controversia que restat inter sacram Mtem eiusque inclitum polonie Regnum atque inter Illustrem dominum nostrum . et eius insignem ordinem

Eadem vero etiam Legatio vera demonstrare contendit . quod Illmus dominus noster Nepos sacre Mtis Regie . unacum Illmo parente suo et germanis . semper eius desiderii . ac studii fuerit . ut sacre Mtis amorem et gratiam sibi conciliaret . et conciliatam conservaret

Et ut liquidius sua innocentia erga suam Mtem pateret vos domine orator . per Illustrissimum dominum nostrum breve apostolicum sue Mti missum . attulistis in favorem domini nostri . et ordinis scriptum et attulistis etiam literas Imperialis Mtis fratris et consanguinei sue Mtis Colendi . scriptas eiusdem .

Quam breve apostolicum sacra Mtas Regia reverenter uti solet accepit . quas etiam literas Imperialis Mtis animo grato . et ulteo sua Mtas utrique tempore suo decenter respondebit

Sed Illus(trem) d(omi)n(u)m Albertum Nepotem suum charissimum atq(ue) hunc in prussia insignem ordinem cruciferorum habere non p(otes)t ob eius modi dilaciones et tractatuum mutaciones hactenus factas. Et tanto minus sua M(aies)tas animo equiori ferre p(otes)t q(uod) preter spem et opinionem a sua I. d. que sanguine sue M(aies)ti coniunctissima est ista fiunt. Quandoquidem sua M(aies)tas nihil a sua Illus(tri) eiusq(ue) insigni Militari ordine requirit, q(uo)d alienum sit, q(uod) Sedi beati Petri. vel Imperiali M(aies)ti aliquid detrahat. S(ed) d(un)taxat id q(uo)d sibi et Regno ab ordine iuxta pace(m) p(er)petue ordinacionem debetur. Et maxime cum illi Veteris p(ro)tectionis mutuo consensu fabricati et scripti sint I. non placeant.

Nec est sine admiracione sua quare Ill(ustrissi)ma d(ominatio) sua sequatur potius quorundam factiosorum Consilia q(uam) ipsius rei equitatem.

Certe non congruit ut M(aies)tas Regia absentibus Regni Consiliariis in aliquam aliam sententiam declinet preter eam que dudum in proposito cum constituta existat.

Stimulant tamen ingenito amore suam M(aies)t(at)em ut tandem omni res ipsa bonis Consiliis ac benivole animis transigat et ipse amor mutuus retineri possit. Atq(ue) ut sua M(aies)tas erga ipsum ordinem gracia munifica complecti possit vult sua M(aies)tas seriem eius Legacionis deferre ad Senatum Regni sui et subinde ex sententia Senatus respondebit per suum Nuncium I. domino v(est)ro.

Imprimis Imperator salutandus in hunc modum. Serenissime Imperator. Serenissimus princeps et d(omi)n(u)s meus d(omi)n(u)s Sigismundus Rex polonie Magnus dux Lithuanie Russie prussie q(ue) etc. d(omi)n(u)s et heres. Te salutat, et [illegible] fraternam tibi offert. optat q(ue) ut felix sis et incolumis vivas

Serenissime d(omi)ne Imperator paucis [illegible] mensibus. Orator Serenissimi domini mei Regis polonie Andreas Za-

Korczky internuntius rediit a te, qui serenissimum dominum meum imprimis certiorem fecit de tue S. bona valetudine, tum etiam quomodo in imperio suo, quod paterna benedictione assecuta sit, felicitate potiatur. Hoc autem ipsum serenissimo domino intimum fuit. Retulit etiam idem orator sue Ser^ti quomodo tua S. eam intentionem habeat, quod cum sua Serenitate in bona et fraterna amicitia et pacifica vicinitate iuxta sui patris morem vivere intentionem habeat. Que vero intentio vestre S. domino meo serenissimo grata est. Nam et sua S. eandem intentionem animo concepit et habet. Favet autem serenissimus dominus meus magnopere, ut vestra S. incolumis ac felix vivat.

Inherens autem serenissimus dominus meus progenitorum et predecessorum suorum Regum Polonie vestigiis, vicinorum omnium principum amicitiam sibi comparare et conservare consuevit, ut cum eisque in bona pace ac tranquillitate vivat.

Progenitores et antecessores Regis Polonie serenissimi domini mei Regis Sigismundi cum vestre Serenitatis progenitoribus et antecessoribus fidem et constantem amicitiam servarunt, et inducias pro subditorum utrinque quiete et pacem conservanda certis inter se amiciciis paciscebantur, et componebant. Serenissimus quoque dominus meus desiderium simile progenitorum suorum Regum Polonie habens misit me, ut vestre Serenitati hanc sue Serenitatis voluntatem ac intentionem insinuarem et referrem, ac cum vestra S. inducias conservande amicitie gratia componerem et pacificerer, ut induciis durantibus et mutua benivolentia inter vestras S. fideli ac constanti existente subditi alterutrius vestrum in omnibus dominiis bona pace potirentur, et inter se more vetusto negotiationes utiles exercerent, atque ut vicinum [illegible] hoc dolore turbarentur et animi consolationem haberent.

Sperat serenissimus dominus meus, quod S. tua velut princeps et imperator sapiens contenta erit habere pro bono amico et fautore sibi vicino suam S., quemadmodum et sua Serenitas eandem habere in bonum amicum et vicinum cupit. Et cum vestra S. cum sua Ser^te in amicitia vivet, habebit procul dubio et reliquos omnes, cum quibus serenissimus dominus meus in amicitia vivit, et maxime serenissimum dominum Wladislaum Hungarie Regem, fratrem serenissimi domini mei, sibi ad amicitiam declinatiores et faciliores.

In tractatibus cum bassis

Cum basse, ut fortassis moris est, convenient secum et querent quales inducias et quando habere Maiestas Regia velit, tunc debebit habere respectum ad inducias cum serenissimo domino Hungarie Rege constitutas, que triennales constitui deberent, et ita bassis respondebit. Nam si serenissimus dominus Rex Hungarie trium annorum

inducias seu treugas pacis duntaxat habet. Tu etiam
tres annos postulas. non faciendo mencionem de treugis pacis
datis Serenissimo domino Hungarie Regi. ne ipsi suspicarentur
nos ideo contentos ad unum duntaxat triennium inducias
facere quod postea ipsis expiratis. ipsos aggredi cogitaremus

Qualitas vero et modus induciarum. ita erit faciendus.
sicut tempore genitoris Serenissimi domini Imperatoris pacis
et componi soliti sunt, inter illos Reges, et suos progenitores
atque etiam inter suam Serenitatem. iuxta copiam inscripcionis
que tibi impresentiarum mittitur. Nam iuxta tenorem inscri
pcionis huius. que in copia continetur Tu quoque inscripcionem
ab Imperatore petes tibi dari. et accipies.

Caso vero quod cum Hungaris non convenisset de Induciis. et
Orator Hungarus absque eis discessisset. Tu vero utique saltem
triennales Inducias petas et componas.

Si Hungaris treuge nulle date sunt, et tibi triennales
etiam negabuntur recipias utique ad unum vel ad duos
sed plures annos. etiamsi tibi sponte ab eis offerentur
quam tres. non accipias si nulle Hungaris date sunt.

Inscripcionis treugarum pacis tenor

Soltan Selim Sach divina providencia Magnus Imperator Asie atque
Europe et Marium etc. Significamus tenore presencium universis et
singulis presentibus et futuris quibus interest. Quia nos volentes more
progenitorum nostrorum Imperatorum Asie et Europe. cum Serenissimo
Principe et domino Sigismundo dei gratia Rege Polonie ac Magno
Duce Litwanie Russie Prussie quoque etc. domino et herede fratre nostro
charissimo. suis quoque Regnis ducatibus principatibus ac universis
et singulis dominiis sue Serenitati subiectis in bona ac firma
et fideli fraterna amicicia et tranquilla vicinitate vivere. pacemque
et felicem statum sub amicicie nostre mutue firme et integre
clipeo utriusque nostri subditis comparare et stabilire Inducias
seu pacis treugas triennales cum prefato Serenissimo principe
domino Sigismundo Rege Polonie ac cum suis Regnis principa
tibus ducatibusque. et dominiis sue Serenitatis dicionis subiectis quo
libet nominatis et appellatis pacis fecimus constituimus et presentibus
literis nostris firmamus. ita videlicet quod durantibus his treugis pacis
seu Induciis. que incipiunt a die tali Mensis tali Anno
Nativitatis nostri Christi Millesimo. quingentesimo. quartode
cimo. et durabunt ad decursum trium integrorum annorum

continue sese sequerint, Neque per nosipsos neque per gentes nostras quascunque et qualescunque neque per aliquas quovis submissas personas vel exercitus clam vel palam directe vel indirecte prefatum Serenissimum principem dominum Sigismundum Polonie Regem et Magnumducem Lithuanie, suaque Regna principatus ducatusque et dominia qualiacunque bello hostilitate insidiis excursionibus molestacionibus et afficiemus. Sed amiciciam firmam et iusticiam in omnibus rebus et condiciones pacemque et tranquillitatem erga suam Serenitatem suique Serenitatis omnes et singulos subditos Regnaque principatus ducatus et dominia firmiter et inviolabiliter atque absque dolo servabimus et a nostris omnibus servari faciemus. Oratoribus mercatoribus Nunctiis transitum tutum negociacionem securam thiloneis tamen iuribus salvis permanentibus cum personis et rebus concedimus et permittimus Iuramusque per deum vivum et per legem nostram prophetamque nostrum Machometum aliosque omnes religionis nostre prophetas, quod Treugas pace seu Inducias modo premisso ad tempus superius determinatum sine dolo et fraude atque sine ullo colore cum meis omnibus subditis cum prefato Serenissimo principe et domino Sigismundo Rege Polonie, Magnoduce Lithuanie, ac cum Regnis suis principatibusque ducatibus et dominiis cunctis eorumque habitatoribus incolis firmiter et illibate atque integre servabimus tenebimus et custodiemus, maledictionem infamiamque sempiternam, si quod absit, nos nostrum Iuramentum violare contigerit incurrendo. Prefatus autem Sigismundus princeps Serenissimus Rex Polonie etc. durantibus premissis Treugis pace tenebitur eciam omnia premissa cum omnibus subditis suis tenere servare et complere, et similiter in manibus nostri oratoris Iuramentum prestare literasque inscripcionis similiter tradere. Est autem hec rata et firma sint in cuius testimonium et robur literas presentes dedimus Dat

Legatio ad Serenissimum dominum Maximilianum Electum Romanorum Imperatorem.

Cum felicis memorie Sanctissimus in Christo pater dominus Julius Sancte Romane ac Universalis ecclesie pontifex maximus Secretiorem fecisset per Nuncium suum Serenissimum principem et dominum dominum Sigismundum dei gratia Regem Polonie Magnumducem Lithuanie et dominum meum graciosissimum, quod communicatis consiliis et

Loquebatur cum vestra Cesarea Mate. et aliis christianis Regibus et Principibus. animum ad expeditionem generalem adversus Thurcos immanissimos christi nominis hostes intendisset. fuit idem Serenissimus dominus meus magna letitia et consolatione affectus. hoc tandem tempus faustum ac diu desideratum dari. quo ipsa expeditio tam pia ac summe necessaria tum tot Regnorum christianorum. tum maxime Regnis ac principatibus sue Matis. qui ab infidelibus his et aliis continue premuntur. cepi et prosequi deberet

Qua spe et desiderio accensus intelligens vestram Cesaream Mtem ita ut merito esse debet. huiusmodi ducem et caput eius expeditionis futurum destinaverat in animo Oratores ad eam mittere. Seque ac vires omnes suas tam sancto instituto adiungere

Sed quia Cesarea Mtas vestra. continuis his annis quibus distracta erat bellis. et in Italia. et locis aliis. cum his qui teneri aliena occupant. deinde quod significare dignata fuit. Sacre Mte domini mei. ut eius Oratores apud Sedem apostolicam haberent mutuum consilium et curam in ea et cum Oratoribus vestre Cesaree Matis. Et postea hec quia Sacra Mtas sua bello acri cum Thartaris et Scismaticis occupata erat et est continuo. hactenus Oratores ipsos. ad vestram Cesaream Mtem mittere et officium suum ac fraternum debitum erga Mtem vestram. prout desiderium ipsius erat commode exhibere non potuit

Licet autem Cesarea Mtas vestra. hisdem bellis et occupationibus in restaurando Romano Imperio. etiam nunc distineatur. nec ex hoc sacro Lateranensi Concilio quod eius causa precipue institutum est. ut invalescentibus viribus infidelium saluti christiani populi consuleretur. spes aliqua certa est. maturioris expeditionis generalis. Sacra tamen Mtas domini mei amplius differre noluit propositum ac debitum suum. dignataque est nunc hunc ad Sacram Mtem vestram mittere ut in primis bone eius valitudinis nuncium. ac ipsius Matis domini mei sinceram et fraternam erga eam affectum declararem. deinde ut molis tot potentissimorum circumcirca hostium qui circumque sue Maiestati imminet curarum que iam supra modum aucta est sangwine quam magis indies. ac affinitatibus inter se firmatur. Cuius sen potius Sacra Mtas sua assidue retundendo cum vires non mediocriter atterimur

Rogat q propterea Mtas sua : Sacram Mtem Vram . Ut interea
dum ista qualis expeditio fiat . dignetur Sacra Mtas Vra . pro
fraterno affectu . ac debito suo consulere . qualiter hoc presentem
tantumque belli pondus . sustinere a sua Mte possit , ne fractis
eius et Regni ipsius viribus in perniciem christianorum partes
dilabatur

Quodquidem periculum . et discrimina Regni ac dominiorum suorum
Sacra Mtas sua dignata est nuper Smo Pontifici . per Orato
res suos significare et implorare subsidium a sua Sctate . Rogat
q vestram Cesaream Mtem . cui etiam non incognita sunt
hec ipsa discrimina . et vis hostilis . ut petere dignetur . et exhorta
ri per lras suas eius Sanctitatem . ac Cetum Rmorum Dnorum
Cardinalium ad prestandum aliquod eiusmodi subsidium sue
Mti . quale et Rodianis . et alijs Reipub christiane peregrina
tis largiri solet . quodquidem Regnum . et dominium sue
Mtis . non minori periculo et naufragio sunt semper expo
sita

Nec dubitat sua Sacra Mtas q Cesarea Mtas Vra
et communis Rei . xpianae . et necessitudinis causa id fac
dignabitur

Ceterum licet certa fuerit semper Mtas Serenissimi Dni mei
de singulari amore et affectu in se . Vestre Sacre Mtis . sub
dubitare tamen aliquando nunc de eo cepit postea quam intellexit
non tam addictus, quam ei ipsi quasi vita destinatus, ita semper fide
constancia integritate in Ma(iesta)tis v(ost)re rebus mirabili cum so-
lertia est versatus, tantoque charitatis affectu casus omnes
omnemque varietatis fortune aleam pariter subiit. Ita sua stu-
dia, curas, vigilias, industriam, sinceritatem denique totam ad
Ma(iesta)tis vestre splendorem sublimitatemque convertit, ut non modo
cum nostra tempestate hominibus verum et omni eum vetu-
state in eo genere laudis facile conferri posse videatur. De
quo viro et eligendo et fovendo perspicacissimum Ma(iesta)tis vestre
Judicium [illegible] plurimum [illegible]. Licet autem huius viri
prudentiam candidamque sinceritatem, et incorruptam in omni vo-
luntate fidem, [illegible] semper voluimus. Hic tamen legatione
qua Ma(iesta)tis v(ost)re nomine proxime his diebus apud nos fun-
ctus est, omnium preteritorum officiorum [illegible] quodammodo reno-
vavit, et velud [illegible] oculos subiecit, contemplandamque
proposuit. Siquidem ea cum dexteritate, perspicaciaque [illegible]

tantamque in rebus sibi mandatis obeundis, et perficiendisque moderationem adhibuit, atque adeo prudenter, et mature de tranquilliore nostro, Serenissimorumque liberorum nostrorum statu, consultando, nobiscum quasi disseruit, ut procul dubio hic ipsius adventus, nobis et voluptati et usui fuerit non mediocri. Quodque imprimis est propensissimae in nos voluntatis argumentum, consuetis, ac sedulitatem ardore singula huius pestis conditionis et emanatus et fomenta, quae sibi fore adhibenda viderentur, tanta cum affectione exquisivit perinde ac si peculiaris cuiusdam ipsius res esset, atque de capite vita fortunis eius communesque ageret. Quae licet omnia ad Maiestatis vestrae pietatem procul dubio sint referenda, ipsius tamen sedulitas diligentiaque et propensa nobis obsequendi voluntas merita laude nequaquam fraudari debet. Optimo itaque iure Maiestas vestra hominem tam exploratae fidei, tamque diuturnis experimentis probatum, et peculiariter semper fovit, et egregiis titulis honestavit. Quo quidem nomine in nos quoque non mediocri Maiestatis vestrae officium redundasse ingenue profitemur. Pro fraterna enim mutuaque charitate, quantum voluntatis, mentis quicquid obsequii sedulitatis ac emolumenti idem Cristoferus in Maiestatem vestram contulit, nobis perinde est gratum atque acceptum ac si in nosipsos id totum fuisset collatum. Quapropter Maiestatem vestram etiam atque etiam rogamus, ut nullam occasionem praetermittat, eundem viri maioribus indies dignitatibus insignibusque ornandi atque cumulandi, id quod et nobis gratissimum est futurum et Maiestati vestrae honorificum. Id enim habent regnorum fastigia praecipue boni, quod illorum moderatoribus dandi ac benefaciendi probatis et meritis viris plenior est facultas. Sic ab Alexandro Ephestio, a Dario Zopirus, a Pirro Cineas, ab Augusto Mecenas et Agrippa ingentia munera magna, cum ipsorum dantium aeterna quoque gloria reportarunt. Nec ulla est virtus, quae munificentiae praestet in conciliandis hominum studiis atque amore. Nec ambigimus nos quoque Maiestati vestrae rem gratissimam praestare cum eum commendamus, qui sine ulla commendatione Maiestati vestrae est quam acceptissimus. Cuique et superioribus temporibus et in hoc praesertim legationis munere, nos tanta sibi benevolentia devinxit, ut omnia nos ipsius causa facturos libenter ultroque receperimus. Cuiusquidem viri, cum multae antea nobis spectatae fuissent et cognitae virtutes ac singularis prudentia, tum maxime hac superiori aestate, qua hoc regnum illo letali contagio absumebatur, praecipue emicuit. Tam enim animi integerrimi et ad quaevis adversa fortiter expectanda, ac si necessitas tulisset etiam subeunda paratissimi constantiam ostendit, tam in rebus dubiis consilii maturitatem, tam denique in periculis ipsis cum sedandis, tum propulsandis, atque in ipso incendio restinguendo prudentiam, et in labantibus nonnullorum animis ad obsequium revocandis dexteritatem, ut in tantis malis quasi unicum solatium in eo poneremus, et eius praesentia non solum nobis consolationi, sed et securitati esse videretur. Postea vero isto regni nostri tumultu subsequuto, in quo

magni motus sperabantur, non minorem se prebuit, et in animis
nostrorum ad sana equa et huic regno nostro salubria constituenda
flectendis, et in consiliis gravissimis ac fidelissimis nobis frequentius
suppeditandis. Cui futura quasi mens sua presagiret, eum a
latere nostro neque abire permisimus, sed etiam ob res compo-
nendas ipsum licet invitum ac reluctantem, abeundique com-
meatum assidue flagitantem hactenus detinuimus. Speramus
Maiestatem Vestram que sua est pietas, ac fraterne charitatis magnitudo
id boni consulturam, nec minoris ipsius in nos collata obsequia
facturam, quam si in Maiestatem Vestram eadem illa omnia redundassent. Hiis
autem et huiusmodi officiis effecit ut simul de ipso persuasi, ac de
viro integerrimo et sapientissimo optime semper senseramus,
ipsumque unice dileximus, tamen sic in tantis rebus virtutem
hominis quodammodo de novo perspectam et cognitam non dili-
gimus modo sed et amamus, et (ut ingenue fateamur) prope-
modum veneramur. Quamobrem licet superfluum sit in hoc tali tanto-
que viro commendando multis verbis agere, tamen facere non pos-
sumus quin ipsum et commendato commendatissimum charissimo fra-
terno Vestre Maiestati efficere conemur, ac vehementissime rogamus
dignetur, quem Vestra Maiestas nihil honoris nihil dignitatis nihil muneris
magis minoris et accessionis conferre poterit quod non iure optimo
ac meritissimo collatum esse videatur. Nobis vero Maiestas Vestra munus
longe acceptissimum et [illegible] gratum prestabit si ad tantas
viri virtutes nostra quoque commendatio velut cumulus accedat atque
in eorum [illegible] dignitatis insignibus [illegible], ita se gerat
ut et [illegible] Cristophorus [illegible] expectatur, et [illegible]
[illegible] nostram intercessionem [illegible] apud Maiestatem Vestram pondere
[illegible] momenti extitisse. Reliquum est Maiestatem Vestram semper optime
valere et felicem esse optamus. Cui nos et [illegible] nostros liberos
nepotes [illegible] charissimos unice commendamus. Datum Bude in
festo presentationis virginis gloriose Anno domini Millesimo
quingentesimo decimoquarto, Regnorum nostrorum Hungarie et [illegible] Anno
[illegible] Bohemie vero [illegible]

[illegible] rex

Brevia Sanctissimorum pontificū Romanorum Sere mis Regibus Polonie transmissa Et primo Innocencij pape Ad Joannem Albertum &c

Dilecte fili salut et aplicam ben Venit ad urbem Romam dilectus filius Joannes capellan familiaris tuus; qui abiurata hereseī et illius pravitate cui deposita ad catholicam fidem et unionem sce matris Ecclie redijt. et nup nra benedictione habita rsus et ad te reversi statuit et quoniam dubitare videtur ne ex hoc suo ad nos rebel et ad nos adventu et abiecta hereseī animos aliquos tue nobilitati offenderit, aut inimicos suos et emulos quosdam bisnatos vexaverit qui forsan occasionem capti Joannem epm et illius bona vigare et inquietare conabuntur Ideo nos paterna pietate et pastorale officio nost exga epm Joannem qui ex pio ope tuendus est et confouendus hortamur nobilitatem tuā et attente requirimus et pro catholico animo tuo et ad ortodoxam fidem pro zelo devotionis tue Joannem epm et illius res et bona ab iniuria et violentia bisnatorum et quorumcumq aliorum hac de causa protegere et defendere ac vita hac tuendatum ut se ita catholice fidei restituet et altissimo deo commendatum reconciliatum gaudere merito possis Erit pud te laudabile et meritorium apud deum et nobis qui fidem catholicam vobisq propagari desideramus gratissimum dat Rome apud scm petrum sub Annulo piscatoris die xiii Maij 1491 pont nri Anno septimo

Hic Balbanus

Alexander pp vj

Carissime in xpo fili nre salut et aplicam et ben Nuper cum dilectus filium Cristanum Electum veratislavien instante exa tua ad dictam veratislavien Ecclam promoverimus Et propterea dignitatem maiorem inibi dignitatem post pontificalem ac Cancellariatum et prebend Ecclie Cracovien ac exa preposituram Ecclie scti Michaelis principalem inibi dignitatem Cancellariatum quoq et prebend Egypciam in Castro Cracovien necnon Canonicatum et prebend Ecclie Marie Kyelcien et prochialem Ecclam Boczien Cracovien dioc et canonicatum in Ecclia Cathedrali Cracovien. et quecumq alia beneficia Ecclasticā cum cura et sine cura

Que idem Cres. Electus Wratislavien ante huiusmoi promotionem per nos
factam per eius promotionem ipsam vacare decreverimus Nos illa sic
ut prefertur vacantia ac nre et aplice sedis dispositioni ea vice reservata
dilecto filio nro Jo. an. tt. Sanctorum Nerei et Achillei pbro Cardinali
Alexandrino ob eius egregias et multiplices virtutes quibus divina bonitas
personam suam decoravit ac singularia merita et labores assiduos
quos hactenus pro nobis et eadem Sede aplica suscepit maiores qz indies
suscipit contulimus ac de illis providimus gratiose prout in nris de-
super confectis litteris plenius continetur. Cum autem desideremus pro-
visionem hanc nram in Cardinalem qui de nobis et Sede predicta bene
semper promereri studet et suis exigentibus meritis et preclaris vir-
tutibus toti Curie Romane et nobis imprimis carus et acceptus
existit factam debitum ~~existit~~ (ut par est) effectum sortiri
Mtem tuam hortamur in dno et enixe requirimus velit pro nro
et aplice sedis honore et reverentia Eidem Cardinali seu ab eo litteris
desuper deputatis procuratoribus ita favere et assistere ut eorundem
beneficiorum illorumqz omnium iurium et pertinentiarum pacificam vacuam
liberam et expeditam possessionem iuxta dictarum literarum continentiam
et tenorem omni impedimento et difficultate cessante assequi possit
et valeat Quod erit Catholico principe dignum et nobis qui ipsius
Cardlis probitati et virtuti plurimum afficimur valde gratum Dat
Rome apud Sctum Petrum sub annulo piscatoris die x Novembris
1 4 9 4 Pont nri anno tertio

L. Podocatharus

Alexander papa vi

Carissime in Xpo fili nr Salutem et aplicam ben. Per promotionem ven.
fris Crestai epi Wladislavien vacaverunt decanatus Gnesnen decana-
tus et canonicatus Cracovien prepositura Scti Michaelis in Castro Crac.
nonnullaqz alia beneficia de quibus cum apud Curiam Romanam per
predictam promotionem vacaverint et nre ac eiusdem Sedis dispositioni
solummodo reservata essent considerantes singulas atqz insignes virtutes
dilecti filij nri Jo. an. tt. Sctorum Nerei et Achillei presbri Car-
dinalis Alexandrini et quantopere de eadem Scta Sede continue bene me-
reatur Circumsn sic providimus nc dubitantes utiqz huiusmoi provi-
sionem nram de persona tam digna Mti tue fore dco gratissimam Que
profecto nc solum nc conqueri sed optime contentari debet cum ultra
merita eiusdem Cardlis erga tue Mtis iuribus nulla iniuria facta sit
Quippe cum quecumqz beneficia per promotionem vacantia apud Curiam

Vacare merito censeantur Sedis apostolice reservata de quibus predecessores nostri
Romani pontifices semper disponere et cuiuslibet nostre provisionibus pro ea vice
derogare prout frequenter consueverunt. Quamobrem non videmus quo
cum iustitia Serenitas tua conqueri possit quemadmodum per literas suas dilecto
filio Johanni Kiernoski scolastico Ploczen. directas et per nuncium apud nos
conqueri videtur. Nam si tua Serenitas bene considerare et memorari
secum voluerit quanto nos studio et affectu res atque negotia clare
memorie genitoris tui Regnique tui dum in minoribus agebamus
curaverimus et tractaverimus ac quanta cum promptitudine ac
paterna largitate ad pontificatum assumpti dilectum filium nostrum Federicum
episcopum Cracovien. germanum tuum Cardinalem creaverimus ut cetera ob-
mittamus profecto non poteris nisi amorem benivolentiam charitatem
et paterna beneficia nostra erga tuam Maiestatem et sibi sanguine coniunctos
invenire et laudare. Et nos veri patris atque pastoris officia exercuisse
quemadmodum ita prosequi et facere promptissimi sumus. Quamvis non de-
sideramus oratores tuos ad nos et hanc Urbem Ordinem alignando in
illo veri et catholici principis qualem te esse tenemus iudicio et
exhibitione ut omnes intelligant inter Maiestatem tuam et nos illas veras
partes amoris et vinculi esse que inter patrem et filium esse debent.
Rogantes tuam Maiestatem ut pro honore et dignitate sua proque reveren-
tia huius sancte Sedis insperte quoque eminentissimus merite prefati
Cardinalis Alexandrini velit ordinare et efficere quod pacifice dictorum
beneficiorum possessio procuratoribus tradatur. Quod tua Maiestate et Regio
instituto dignum nobis quidem valde aptissimum erit et prefatum Cardinalem
Maiestati tue obnoxium reddiderit. Dat. Rome apud Sanctum Petrum sub
anulo piscatoris die tertia Maij 1495 pontificatus nostri anno
tertio

B. floridus

Alexander pp vi

Dilecte fili salutem et apostolicam benedictionem. Cupientes commoditatibus tuis quantum
cum deo possumus opportune consulere et humilibus pro parte tua
nobis porrectis supplicationibus inclinati tecum qui Carissimi in Christo
filij nostri Polonie Regis illustris Secretarius et Nobilis ex utroque parente
existis ac insignia nostra defers ut cum nonnullam prebendam certo quod
obtinere ac aliorum quorumcumque beneficiorum per te pro tempore obtinendorum
sacros ordines requirentium ad aliquem et sacris ordinibus extra sub-
diaconatus ad triennium a fine anni per te pacifice obtente beneficij
dictos ordines requirentis computandum te promoveri facere non tenearis

Nec ad id a quoquam invitus valeas coartari ac compelli auctoritate apostolica te-
nore presentium dispensamus Generalis concilii ac provincialibus et Sino-
dalibus conciliis editis generalibus vel specialibus necnon Ecclesie posna-
niensis ac aliarum quarumcumque Ecclesiarum statutis et consuetudinibus
iuramento vel alia roboratis ac constitutionibus non obstantibus quibuscumque Dat
Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xv novembris
1496 Pont nostri anno Quinto

L. Podocatharus

Alexander papa vj

Carissime in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem Quanto studio et labore
contenderint fe. re. pontifices Maximi predecessores nostri ut Christiani
principes ac potentatus mutuis simultatibus odiisque depositis contra im-
manissimos Turcos Crucis Christi ac Reipublice Christiane perpetuos hostes
in unum convenirent omnibus nationibus exploratissimum esse non ignoramus
Monebant enim eos primo immense atque inaudite calamitates deflendaque
excidia ab illis toties Christiano illata ne tantum Christiani sanguinis effu-
sionem atque ignominiam conniventibus oculis ferre viderentur, deinde cum eo
graviora Christianorum omni tempestas ab eis pericula imminerent toto vi-
ribus omnique conatu immanitati illorum occurrendum esse necessario existi-
maverunt, ne sua furor illorum crudeliter debacchatus in opus Christiane
Reipublice perniciem longius serperet Eamobrem ut superiora tempora omittamus
post captam Constantinopolim eversumque cum ingenti clade potentis-
simum Grecorum Imperium fe. re. Calixtus iij vixdum sedem tamen ascensus
in hanc sanctam expeditionem ferventissime Christianos principes per
literas suas contra communes hostes exhortatus est classemque maximam
presidente ei legato de latere transmisit. Succedente postea Pio ij
cum eadem urgeret immineretque necessitas Conventus Mantue celebra-
tus est ac duo ex sancte Ro. Ec. Cardinalibus legati ad Germaniam et Hun-
gariam destinati sunt Cumque ea que in eo conventu saluberrime
decreta fuerant variis de causis et dissidiis ad optatum finem deduci
non potuissent, et everso funditus Bosine regno universaque Pelopon-
nesso in miserrimam Turcorum servitutem redacta Quotidie magis
ipsorum Turcorum vires contra nos invalescerent Optimus Pontifex
se ipsum tanquam hostiam deo placentem in talem expeditionem usque ad
mortem exhibuit Paulus ij interruptam huiusmodi predecessoris
obitu expeditionem percontinuavit ac magnam omni pecunie vim cum
oratore suo ad Hungariam misit, duosque item de latere Legatos
alterum ad Italiae potentatus alterum ad Germaniam ad Ratisponen

Conventum eam ob causam indictum destinavit atque ita solo et immutabili
proposito fidei causam donec vixit prosecutus est. Fuit Sixtus quoque iiij
eodem fidei defensande zelo permotus pluribus de latere legatis nunciisque et
literis pro pace inter Christianos principes componenda destinatis ut huic ex-
peditioni se liberius accingerent, classeque ingenti bis contra Turcos missa
Christianorum principum et potentatuum animos quantum in se fuit ad
hanc necessariam expeditionem verbo et exemplo excitare non destitit, idque
cum alias tum maxime per eosdem Turcos Rhodo obsessa et paulopost
Hidrunte in Italia expugnata, adeo ut nisi divina clementia nostri miserta
crudelissimum illum Turcorum tyrannum de medio sustulisset parum
abesset quin calamitas illa per Italiam primo ac deinde per alias Christiano-
rum regiones latius vagaretur. Eodem affectu Innocentius immediatus predecessor
noster incitatus nihil et ipse circa hanc belli in Turcos expeditionem suscipiendam
intentatum reliquit, ut Mtem tuam notissimum non ignoramus esse. Nos autem
post vocationem ad summi apostolatus apicem assumptionem Turcorum hostium potentiam
longe lateque diffusam considerantes ac cedibus rapinis omnique preterea va-
stationis genere per universum pene Christianum orbem terra marique
grassari videntes cum maximas strages in Hungarie et Polonie regnis
totaque Croatia ac Dalmatia idem Turci edidissent, sacrorum templis
altaribus arisque subversis direptis prophanatis, menibus vastatisque
oppidis civitatibus castrisque cum pluribus hominum millibus abducte preda in-
iuste expulsis et usque ad Italiam per Germanie finitima eorum capitibus
insultantes, sequuti predecessorum nostrorum vestigia pastoralisque cure ad-
moniti officio ut quantum possemus gregem nobis commissum ab huius-
modi periculis servaremus a pontificatus nostri primordiis huic potissimum
rei animum adiecimus ac per ipsos Turcos ingenti illata in Croatia
clade non procul a Senensium territorio audito nuncio quibus potuimus
auxiliis presidiisque fractos labentesque animos illic militibus firmare in-
vare consolarique non omisimus, crebrisque literis et nunciis principes Christia-
nos ad hanc expeditionem permonere atque impellere curavimus. Non
placuit altissimo ut intercesse admonitiones deprecationesque nostre ex-
audirentur. Nunquam tamen propterea destitimus quin habito cum venerabilibus
fratribus nostris sancte R. E. Cardinalibus tractatu et matura deliberatione
quonam modo labenti Christiane Reipublice succurri posset in commune con-
suleremus. Cum autem non hee sint apostolice sedis facultates ac vires
ut per se ipsam tantam belli molem sola sustinere possit, necessario
ad id devenimus ut Mtas tua et reliqui Christiani reges principes
ac potentatus rebus iam inclinatis in commune pro tam consultant
quam eius affectu operam suam omnem impendant qua immanissimis
his beluis Christianum sanguinem sitientibus mature occurratur. Neque
enim dubitare possumus quod si Mtas tua cui fidei catholice defensio
pro regie dignitatis sue fastigio incumbit maiorumque plerisque Christianis
principibus pro necessitate succurrerat quin optatam victoriam ...

Opitulante nobis altissimo subsequatur Et quoniam res eo discriminis devenit ut securis ad radicem posita esse videatur nec amplius procrastinandi aut tergiversandi locus supersit Cum terra marique potentissimus nobis hostis immineat Nam et proxima estate ut non latet tuam Maiestatem Illiricum pene omnem Jadrensem ac Sarinensium agrum predabundo milite pervagatus omnia incendiis rapinis incursionibusque crudelissime devastavit multaque Christianorum milia in servitutem infelicissimam abduxit validissimaque classe comparata Rhodum expugnavit ac in suam ditionem redegit habita sepenumero cum venerabilibus fratribus nostris deliberatione quam necessarium omnino esse existimavimus ad universos Christianos principes et ad tuam Maiestatem scribere Quam hortamur ut pro singulari sua sapientia ac rei magnitudine pro instanti evidentique periculo omnia hec attentissime meditetur ad quod semper Maiestas tua per se tulit tam sancte tam necessarie tam deo placite expeditioni animum adhibeat atque intendat Scribimus in eandem sententiam ceteris Regibus principibusque Christianis quos non dubitamus saltem hoc tempore cum maius periculum immineat paternas exhortationes et admonitiones nostras exauditūros ut aut expeditionis pro tempore quod urget necessitate omnia mature transigi possint Cum ut diximus tanta videamus discrimina ab ipsis Turcis impendere ut nisi obviatum occurratur primus sequenti vere tota Italia nostraque omnis reliqua Christiana religio ipsis Turcorum viribus necessaria esse facile iudicari possit Maiestatem tuam iterum atque iterum rogamus atque ita ut maiore studio cura attentioneque rogare non possimus ut oratores suos hac de causa ad nos destinare velit Quibus tractande sancte huius expeditionis negotium committat ita ut pleno sufficientique mandato ad providendum concludendumque contribuendumque ad in hanc sanctam expeditionem proximus Kalendas Martij in hac alma urbe cum aliis principum oratoribus coram nobis conveniat atque ita instructi taliique facultate muniti veniant ut non sit necesse post eorum adventum nova mandata requirere unicusque ac lius tempus atterere Quod ut diximus valde nos urget nec dilationes longasque consultationes patitur Nam nisi quo per expeditio hec re ipsa atque effectu suscipiatur susceptaque festinetur frustra postea consilia presidiaque perquirentur Quantum vero ad nos et hanc sanctam sedem pertinere cognoverimus prout per nos et per ipsos nostros ac aliorum principum oratores conclusum fuerit pro hac sancta pie necessaria expeditione omnia adiumenta subsidiaque tam spiritualia quam temporalia ut sancte memorie predecessores nostri fecerant pro virili nostra promptissime subministrabimus et si necesse fuerit nos ipsos huic sancte expeditioni spondebimus et dedicabimus Scriberemus plura nisi sciremus Maiestatem tuam pro singulari sua in fidei causa cura ac diligentia proque ac catholico animo sua sponte satis in hoc propensam esse nec externis multiplicibus suasionibus indigere Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xij Novembris 1 e 9 8 pontificatus nostri anno octavo

H. Adrianus

Alexander papa vi.

Carme in Chro fili nr Salut et aplicam ben Mittimus ad Mtem tua
pro nonnullis nris et huius scte Sedis arduis peragendis negocijs venerem
frem Gasparem Epm Callien Cui commisimus aliqua Mti tue nro no
mine referenda, in quibus Mtem hortamur ut eid Epo plenam et
indubiam fidem placeat adhibere. dat Rome apud Sctm Petrum
sub anulo piscatoris die xiiij Septembris 1 4 9 8 pont nri
anno octavo

·H· adrianus

Alexander ppa vi

Carme in Cro fili nr Salut et aplicam ben pridem decanatu ac Canoni
catu et preben Cracovien necnon prepositura S. Michaelis Castri Crac
ac perrochiali Eccla Bochnensi Crac dioc Canonicatibus qz et preben
Beate Marie Kielczen et Bte Marie Egipciace Ecclarum pro promoto
nem vestis fris Ceslai Ad Ecclam Wladislavien vacantibus nos
inducti singularibus meritis et virtutibus dilecti filij nri Jo. tt Scte
Nerei et Achilei pbri cardinalis Alexandrini de illis sic apd Sedem
Aplicam tunc vacantibus ac nre et dicte Sedis dispositioni ea vice pro
pterea reservatis illius persona nobis et toti Curie ob eius egregias
virtutes grata et accepta. tunc motu proprio graß providimus cum
opportuna Iurispatronatus derogatione, ut antiqui moris est in
beneficijs apud Sedem predictam vacantibus prout in nris desup confecte
lris plenius continetur. Cum aut sicut pcea in fine anni displiceta
accepimus idem cardinalis qui sicut par erat pacificam dictorum
beneficiorum possessionem asseq non poterat. Coactus fuit propt impedimenta
diversarum psonarum que se in illis respective intruserat in Audientia
causarum Sacri palacij Aplica diu litigare, ubi tandem diffinitivam sen
tentiam et rem iudicatam pro se et contra huiusdi intrusos repor
tavit, et illos deinde iusticia id exigente excommunicari et publicari aggra
varique et reaggravari cum expensarum condempnatione obtinuit. duximus
id Serti tue, que pro sua catholica mente et fide exemplo progenitorum suorum
provisionem aplica deferre consuevit libere significandum presertim qd sicut
accepimus qdam Gregorius Lubranczki decanatus Crac et vicecancellarius
Regni istius vicecancellarius qui se primo in prepositura Scti Michaelis in
truserat ac Joannes Konarski qui cedi vinculo ex commentariensibus et
marginariensibus ut inter eos facte successerat et alij dictorum beneficio
rum respective occupatores nituntur se sub umbra et protectione tua Regia
excusare Asserentes pro Mtem tuam licet id nobis pro tua in nos observantia
et honore persuaderi nequeat huiusdi beneficia detineri et occupari in contemptum
intrusorum maximum preiudicium aliarum qui propterea in eiusmodi sententijs
censuris et penis Ecclasticis in vicem et huius scte Sedis aplice contemptum pessimum
aliorum exemplum ac ipius Cardinalis preiudicium et gravamen non mediocre
cum tam evidenti iusticie spualis offensione insordescere non erubescunt Quo:
circa eand Mtem tuam hortamur in domino et summo studio requirimus

Velit tum pro debito iustitie et equitate, tum etiam pro nostro et dicte Sedis hono-
re et reverentia suo Regio favore ita adesse et efficere ac mandare ut li-
bera ipsius Cardinalis sibi debitissimi iustitie executio fierique possit tam in
pacifica dictorum beneficiorum illorumque iurium et pertinentiarum assecutione
quam etiam debita fructuum quatuor iam annis preteritis perceptorum satisfactione
vel saltem si difficile M.ti tue hoc videatur quod tamen pro illius catholico
et religioso animo ac in nos et S. R. E. honore pati non deberet eisdem inten-
sis mandare et alijs interesse pretendentibus super huiusmodi beneficijs quatenus
mandata opportuna statim mittant ad concordandum cum prefato Cardinali
ita quod satisfactio premissi de fructibus huiusmodi percepte iuri honori et
utilitati ~~eorum~~ illius omnino consulatur seu per reservationem annue pensionis
super dictis beneficijs vel reservationem beneficiorum que annuatim ad tantam
summam valoris ascendant quantum annui redditus eorundem beneficiorum va-
lere dinoscuntur Quod etiam pro clariori asserte compositionis tue predicte
purificatione erit Regia et Catholica mente tua dignum et nobis qui
ipsius Cardinalis grandia merita et singularem doctrinam magnifa-
cimus semper quam dici potest gratissimum Nam et ita Serenitas tua suo isto obsequio
Cardinalem maxime auctoritate sibi devinciet Qui M.ti et negotijs regni
sui semper accommodus et proficuus esse poterit, et id quod grate-
mente prestabit Dat Rome Apud Sanctum Petrum sub anulo piscatoris
die iij Novembris 1 4 9 8 Pont. nostri anno septimo

L. podocatharus

Alexander pp vi

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Et si scimus gravem nos
M.ti tue nuncium allaturos Cui certe prospera ac leta omnia potius nuncia-
re vellemus facere tamen non possumus cum in ea simus specula supra
gregem dominicum constituti Ut que undique accidere illi prospiciamus Ca-
ris principibus presertim M.ti tue que temporali fastigio merito pre-
eminet non significemus Perlatum fuit pridem ad nos ultorum tuo-
rum ac nostros immanissimos Turcos Christiani nominis acerrimos hostes
magna coacta manu peditum equitumque Agrum Iadarum dicionis
Venete invasisse lateque loca intima populatos ferro ignique omnia va-
stasse ac multa fidelium milia in servitutem suam abduxisse Cumque
hac accepta iactura et pax erat, non mediocrem commoti Christianorum vicem
causamque doleremus atque in commune consulere et quibus poteramus
modis ne quid inde deterius contingeret studeremus, Affertur nobis
ipsos Turcos maximas rursus copias terra marique in Christianos parasse
validissimam scilicet classem ad trecenta navigia inter que magne naves
essent xxij Triremes subtiles Centum due maioris ordinis quas barcas
dicunt Cetere ut vocant fuste et parandarie In qua classe quinqua-
ginta milia Turcorum instrumentis omnibus bellicis munita esse dicunt
Eamque classem in Mari Egeo, quod archipelagus vocant non longe ab In-
sula Corcira ex qua brevi navigatione Italia multis locis invadi potest
alignam ... consistere Terrestri vero itinere exercitum ingentem
milium equitum prope locum quod dicunt Mon...

portum velone propinquum

Quam classem velorum Significatum nobis fuit ipsi Terrestri exercitui
Turcorum se coniunxisse ac multis viribus Metropolitanam Civitatem Ne-
upacten obsidere et quod maxime Christianis omnibus dolendum est iam repsse
Rursum nunciatum est ipsos Turcos alio exercitu agrum Forojulien[sem] inva-
sisse ac maximis factis populationibus, cedibus ac incendiis usque ad Civitatem
Tarvisinam discurrisse Sed cum ipsos Turcos a nonnullis Christianis principibus ut
talia molirentur concitatos esse ac nedum magis sollicitari urgerique audi-
verimus, admirati admodum toto cordis affectu doluimus, tantas esse ac tantum
posse in animis hominum passiones et dissidia privatasque causas ut contra
Turcos longe positos terra marique in cladem perniciemque Christianorum ultro
suis sollicitationibus alliciant Que omnia cum ita sint et si pro tuo singula-
ri ac precipue fidei cultu ac nostra et huius sancte Sedis reverentia et obser-
vantia pro certo teneamus Maiestatem tuam clarissimos progenitores tuos imi-
taturam ac tua sponte ad hoc satis incitatam esse pro rei tamen magnitudine
evidentique periculo ac nostri pastoralis officii debito voluimus hec tue scri-
bere illamque qua possumus attentione hortantes velit omni conatu et
quo sibi melius videbitur opportuno remedio periclitanti rei publice Christiane
prospicere Nobiscumque quibus maxime valet consiliis auxiliisque in pro-
hibendis arcendisque eisdem Turcis unacum aliis catholicis principibus con-
venire quod erit insigni tua pietate dignum Christiane reipublice utile et expediens
nobisque admodum gratum Dat Rome sub anulo piscatoris die x
octobris 1498 pont nri anno octavo

H. Adrianus

Alexander pp vi

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Eximia devotionis sinc-
eritas et integra fides quibus nos et Romanam reverenter Ecclesiam non
indigne veneratur ut illa tibi favorabiliter concedamus per que anime tue
saluti consuli possit Cum itaque sicut nobis nuper per litteras tuas ac etiam
et relatione dilecti filii Nicolai Wroblowskii Canonici Cracoviensis tui ad nos
oratoris destinati accepimus Tu pro singulari tue devotionis fervore
desideres Indulgentiam huius sacri anni Jubilei Centesimi consequi
posse Nos te ab onere ad almam urbem pro illa sequenda personaliter
veniendi relevare ac anime tue saluti plena charitate consulere volentes
devotionis tue in hac parte supplicationibus inclinati Tibi ut hoc Jubilei
anno in Civitate Oppido sive loco in qua vel quo te moram trahere
contigerit, quatuor Ecclesias per te eligendas quinque diebus continuis
vel interpellatis visitando et ante altare maius illarum quinquies
orationem dominicam et toties salutationem angelicam devote dicendo eandem
plenissimam anni Jubilei indulgentiam consequaris, quam consequereris
si quatuor basilicas et Ecclesias dicte urbis et extra eam ad id depu-
tatas Et quas dicto Jubilei anno quindecim diebus a peregrinis et fo-
rensibus ad dictam urbem propterea confluentibus visitari debent
personaliter visitares ac omnia alia adimpleres, que pro dicta plenissima
indulgentia consequenda requiruntur Auctoritate apostolica tenore presentium de speciali
dono gratie indulgemus Dat Rome apud beatum Petrum sub anulo pi-
scatoris die xx Marcii 1500 pont nri anno octavo

Jo. Mutaien

Alexander Ppa vi

Dilecte fili salutem et apostolicam ben. Cum sicut nobis nuper exponi fecisti tu pro singulari tua devotione summopere desideres indulgentiam huius sacri anni Jubilei Centesimi consequi posse Nos te ab onere ad Urbem almam pro illa consequenda personaliter veniendi relevare ac anime tue saluti pena charitate consulere volentes devote tuis in hac parte supplicationibus inclinati; ubi et hoc Jubilei anno in Civitate oppido sive loco in qua vel quo te moram trahere contigerit quatuor ecclesias per te eligendas quindecim diebus continuis vel interpellatis visitaveris et ante altare maius illarum quindecim vicibus orationem dominicam et totiens salutationem angelicam devote dicendo eandem plenissimam anni Jubilei indulgentiam consequaris quam consequereris si quatuor basilicas et ecclesias dicte urbis et extra eam ad id deputatas et que dicto Jubilei anno quindecim diebus a peregrinis et forensibus ad dictam urbem propterea confluentibus visitari debent personaliter visitares ac omnia alia adimpleres que pro dicta plenissima indulgentia consequenda requiruntur auctoritate apostolica tenore presentium de specialis gratie dono indulgemus Dat Rome sub apud S. Petrum sub anulo piscatoris die xx Martii 1500 Pont. nri anno octavo

Jo. Mutaren

Alexander pp vi

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam ben. Per venerabilem fratrem Gasparem Epm Callien oratorem tuum imperatoris a tua Mte redeuntem litteras tue Mtis accepimus, quibus ac etiam ipsius Episcopi sermone intelleximus catholicum tue Mtis animum erga nos et sanctam hanc Sedem devotionem et observantiam ac quod maxime optabamus ferventissimum propositum ac constantissimam dispositionem belli suscipiendi contra immanissimos Turcos, Christiane fidei atrocissimos hostes, qui quasi nondum satis Christiano sanguine ac cede debachati sint terra mariqz validissimos exercitus parare certissimis nuntiis undique affirmantur, que voluntatis tue celsitudinis declaratio, quamvis pro singulari tue Mtis in orthodoxam fidem zelo satis esse explorata nobis tamen hoc presertim tempore de rebus ipsius fidei et Christiane Reipublice valde sollicitis ita grata et accepta fuit ut gratior certe aut acceptior esse non potuerit, et licet in hanc tam piam communemqz Christianorum causam Mtem tuam satis sua sponte inclinatam cognoscamus magnitudo tamen imminentis periculi facit ut Mtem tuam ultro etiam in hoc propensam quanto possumus studio exhortemur ut contra ipsos rabidos canes sibi a deo tradita vires potentiam suas convertat eosqz ab omni dominio arcere ac propellere prout Clarmi sui progenitores fecerunt omni conatu quam celerrime studeat in quare nos pro viribus nullo modo simus defuturi. et iam ob hoc decimas universales imposuimus dabimusqz operam ut alij quoqz principes ac potentatus in tam sanctam tamqz necessariam expeditionem concurrant atqz conveniant Restat ut

Tua Mtas ad hoc gloriosum bellum forti ac festinanti animo accingatur suosque
predecessores qui pro Regni sibi commissi salute robore militari et virtute pro-
pugnatores ac antemurale Christianorum adversus spurcissimorum Turcorum impetus
esse consueverant in hac tanta laude memorandoque opere non solum imita-
ri et equare sed etiam superare videatur. quantum vero attinet ad causam
intimationem huius expeditionis tamdiu ac tantopere Carmus in Christo
filius noster Wladislaus Hungarie et Bohemie Rex Illustris tue Mtis ger-
manus et Mtas tua sollicitasse. Sicut iam tue Mti scripsimus innotuisse
Nos in eam sententiam in favorem ipsius Regis in Consistorio nostro
de venerabilium fratrum nostrorum S. Ro. Ec. Cardlium consilio et assensu
venimus quod liberalissime fecimus tum dictante ita ac suadente
iustitia tum ut eius litteris quas precipuo quodam animi affectu
pinaque dilectione prosequimur satisfaceremus. quibusque sicut in
hac re fecimus ita et in omnibus aliis futuris cum deo poterimus
gratificari cupimus, quemadmodum id ipsius ex nostris quem ad tuam
Mtem remittimus latius referret. Cui commisimus nonnulla tue
Mti nostro nomine referenda In quibus hortamur illam ut eidem fidem
indubiam adhibeat Dat Rome apud S. petrum sub annulo pi-
scatoris die xxv Maij 1500 pont nostri anno octavo

H adrianus

Alexander ppa vi

Carme in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem Votis tue Mtis his presertim que
salutem animarum concernunt favorabiliter annuentes Tibi ac centum per-
sonis utriusque sexus per Mtem tuam nominandis ut durante hoc anno
Jubilei duo aut tria altaria alicuius Ecclesie per eandem Mtem tuam eligen-
septem vel interpellatis diebus devote visitando et ante illa decies orationem
dominicam et totiens Salutationem angelicam flexis genibus dicendo
omnes et singulas plenissimas indulgentias ac peccatorum remissiones
et Jubileum consequamini quas et prout ~~utrop~~ consequeremini si
Ecclesias et basilicas alme urbis et extra eam ad id deputatas diebus
designatis personaliter visitaretis ac omnia alia adimpleretis ad consecutionem
indulgentiarum et Jubilei huiusmodi quomodolibet requirunt auctoritate apostolica
tenore presentium concedimus et indulgemus Dat Rome apud Sanctum
petrum sub annulo piscatoris die xxv Maij 1500 pont
nostri anno octavo

H. adrianus

Alexander pp vi

Carme in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem. Mtem tuam latere non potest
quod omnibus innotescat quantis in angustiis et quo in discrimine nunc

Res Cristiana versetur post Naupartum anno superiori et nuper Metonum et Coronam in Peloponesi litore Ciuitatem venetorum dictionis ad res bellicas opportunissimas a potentissimo fidei hoste Tyranno expugnatas In quibus omni crudelitatis genere laceratis et sacris omnibus prophanatis non est temperatum a cede ullius etatis sexus aut ordinis commota sunt certe viscera nostra ubi hec magna cordis nostri amaritudine ad nos sunt perlata. Intelligentes presertim eundem hostem truculentissimum Christianorum sanguinem sitientem et Italie finibus iam insidentem qui in Adriatico libere vagatur tanta victoria non contentum maiora animo meditari et novos ac numerosos exercitus terra marique parare cuius tantis conatibus nisi concordibus Christianorum principum animis atque viribus cum dei adiutorio celeriter occurratur non modo Italie sed relique Christianitati manifestum certamque pernitiem perspicimus Quapropter pro nostro pastorali officio quantum in nobis est saluti dominici gregis nobis commissi invigilantes ad opportuna remedia institute pridem a nobis expeditionis in Turcos nos totos convertimus proinde cum neque iteratis literis et nunciis nostris sepius transmissis prefatos principes hortando monendo rogando et requirendo precatibus nostris facientibus quicquam hactenus profecerimus de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio ad omnes catholicos reges et principes pacandos et ad huiusmodi expeditionem excitandos ex eisdem cardinalibus legatos de latere nostro destinandos duximus ad Maiestatem vero tuam Carissime atque in Christo filium nostrum Wladislaum Hungarie et Bohemie Regem Illustrem fratrem tuum dilectum filium nostrum Petrum tt. Sancti Chiriaci presbyterum Cardinalem Rhegin. designavimus virum profecto vite integritate doctrina et rerum usu insignem et in hoc Christiane Religionis negocio ferventissimum. Cuique Celsitudinis tue animum et affectum cuiusque et fratris tui glorie studiosissimum edicti commisimus tue serenitati communicando quecumque ad huiusmodi expeditionem auctore domino benefaciendam opportuna cogitavimus et de principum pace et de rebus exercitibus sustinendis duobus videlicet terrestribus et de uno navali et de nostra deliberatione, cum ipsis fratribus nostris Cardinalibus de ipsorum unanimi consensu personaliter in eandem expeditionem proficisci, quemadmodum idem legatus tue Maiestati plenius explicabit. Reliquum est fili Carissime ut audito prefato legato nostro Maiestas tua in quam omnium oculi sunt conversi exemplo maiorum suorum qui Christianam Religionem continue et viriliter defendentes laudem et gloriam ex frequenti victoria clarissimam semper sibi pepererunt in tanta Christianorum pressura et necessitate hoc negocium ceteris reliquis postpositis pro regia atque catholica animi sui generositate et magnitudine alacri animo suscipiat et aggrediatur sine dilatione res profecto Christiana nunc eo in articulo constituta est ut nullam penitus remedij patiatur. celeritate opus est. Nec sunt expectanda vel differenda Christianorum consilia non enim de inferendo hostibus bello nec de vindicandis nostris iniurijs illatis de propulsandis eorum ensibus a cervicibus reliquie Christiane cogitare omnes compellimur Itaque quanto possumus studio hortamur et requirimus Celsitudinem tuam ut sepositis controversijs si quas habes cum aliquibus principibus huic expeditioni tam necessarie et salutifere et sibi gloriose totis viribus intendat Quandoquidem et nos qui dies noctesque in ea versamur nullis parcentes laboribus sumptibus et persone nostre periculis nihil ad hanc rem summus pretermissuri sicut Sublimitas tua ab ipso Legato latius intelliget

Cui in omnibus que circa premissa hoc negotium eius explicabit Mtas tua
plenam et indubitam fidem tanquam nobis adhibere velit dat Rome apud
sanctum petrum sub annulo piscatoris die xvi Novembris 1500
pont nri anno nono

. H. Adrianus

Julius ppa ii

Venlis fr Salut et aplicam ben. Cum redisset nuper ad nos dilectus fi-
lius Jacobus piso quem in causa suscepte contra perfidas Turcas expe-
ditionis nram et dicte sedis aplice nuncium specialem eo miseramus tuam
nobis fidem operam atque industriam ita commendavit ut negemus fac-
tum se illis plurimum profecisse quod eo gratius nobis fuit quo nihil
ardentius expeditione volumus Quare fr tem tuam in domino
hortamur quatenus omnia que sunt pertinere cognoveris solita tua diligen-
tia et dexteritate promoveas et pro virili adiuves maxime vero ut
oratores premissi tandem mittantur Quamvis enim inspirate casibus
simus occupati non tamen ea intermittimus que dicte expeditioni sen-
timus esse necessaria Tu quoque qui illius principis lateri assidue stipas
officij tui non obliviscare Qua in re gratificari nobis plurimum poteris dat
Viterbij sub anulo piscatoris die xxix Augusti 1510 pont
nri Anno septimo

Sigismundus

Breuia beatissimi in Christo patris domini domini Julij diuina prouidencia pp ii Ad Illustr. Principem et dominum dominum Sigismundum dei gra. regem Polonie Magnumducem Lithvanie etc. Missa

Carissime in Christo fili noster et Apostolicam ben. Exposuit nobis nuper dilectus filius Joannes Lesnowskij Chelmen. dioc. quem propter eius probitatem plurimum amamus quod ipse super custodia Canonicat. et prebend. Wladislauien. Eccle. Contra quosdam aduersarios suos in Romana Curia litigando rem judicatam, et executoriales litteras reportauit litterasque predictas istuc mittit pro consequenda possessione Custodie Canonicat. et prebend. predictorum quam multo facilius consecuturum se sperat si tue Serenitatis cuius fidelis est subditus iusticie fauor accedat. Hoc igitur attendentes quod frustra ferrentur sententie nisi ille executioni debite mandarentur Serenitatem quam et iusticie cultricem et Sedis Apostolice obseruantissimam semper esse cognouimus. Hortamur in domino requirimusque plurimum pro nostra cuiusque Sedis apostolice reuerentia solitaque equitate et probitate tua exhibitis tibi executorialibus antedictis eidem Joanni qui dilecti filij nostri Sixti tituli Sancti petri ad vincula presbiteri Cardinalis S. Ro. Ec. vicecancellarij nostri secundum carnem nepotis seruicijs insistendo ut scimus commensalis existit ita adesse fauore quod velis ut sublatis obstaculis possessionem huiusmodi iuxta rei iudicate et litterarum predictarum tenorem libere et expedite consequi possit. In quo Serenitas tua rem laude dignam et nobis plurimum gratam efficiet. dat. Ostie xvij Nouembris 1508 Pont. nostri anno quinto

j Sigismundus

Julius pp ii

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam ben. Bernardum Wapowskij decretorum doctorem Canonicum Cracouien. Cubicularium nostrum continuum commensalem paterna dilectione prosequimur propter eius doctrinam et laudabiles mores. et nunc cum nostra gratia eum cum nostra bene dictione et licentia reuisentem tuam Serenitatem duximus commendandum Ut eum nostra contemplatione opportunis fauoribus et gracijs prosequaris quod si feceris ut speramus nobis gratissimum erit dat. apud S. petrum sub annulo piscatoris die vij Julij 1509 pont. nostri anno Sexto

j Sigismundus

IVLIVS II

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Cum primum summus
ad apicem summi apostolatus divina dispositione vocati de expeditione
facienda contra perfidos Turcos Christiani nominis crudelissimos ho-
stes Qui tot successibus aucti et raro repressi orthodoxam fidem la-
befactare non cessant Cepimus cogitare ut quam expeditio ipsa tam
valida quam necesse erat fieri posset omnes curas et cogitationes
nostras convertimus ad pacandos Reges et principes Christianos
inter se discordes Et primo quidem Carissimos in Christo filios nostros
Ludovicum Francorum Christianissimum et Ferdinandum Arragonum
et Sicilie Catholicum Reges magnis de causis dissidentes ad
fraternum amorem et pacem et concordiam nuntijs et epistolis revoca-
vimus ac postmodum cum pariter desiderium expectationem quam nostram
inter eundem Christianissimum Regem et Carissimum in Christo filium nostrum
Maximilianum Electum Romanorum Imperatorem semper Augustum
graves discordie et armorum contentiones exorte fuissent.
Quantum aucte et assidua exhortatione precaque caritate valu-
imus pacem inter vos atque concordiam efficere summus conati nullis
parcentes parcens dispendijs in mittendo ad alios legatos nuntios et
epistolas gratias quam altissimo egimus qui nos tam sancti desiderij compo-
tes fecit Imperator enim et Rex Christianissimus predicti ut sunt
prudentissimi atque sapientissimi verba ac monita nostra non in aures
solum sed in pectus ac cor immiserunt salutaribus quam nostris con-
silijs obtemperantes pacem inter se fecerunt, quam perpetuam
esse speramus Ligam etiam et confederationem quarum nos ut pote
Christianorum omnium precipuum caput esse voluerunt inierunt atque
firmarunt ut hanc sanctissimam expeditionem facilius et celerius
cum alijs Christianis Regibus et principibus hoc ipsum ~~tentantibus~~
bus optantibus aggrederentur Judicio tamen omnium recte sentien-
tium Expeditio ipsa recte inchoari continuari perficique non poterat
nisi prius superbia et avaricia Venetorum alijs bonis et orbi-
bus iniquiarum comprimeretur Et ad restituendas urbes Sancte Ro-
mane Ecclesie quas tirannice detinebat armis spiritualibus temporalibusque
cogerentur Quandoquidem nec dei timore iusticie quam respectu pro-
posito sponte et a nobis sepius requisiti atque interpellati re-
stituere eas contemptum prosequerat Cum tot tacuimus de reliquis gra-
vissimis iniurijs et iacturis per ipsos Venetos Sancte Romane Ecclesie et beato
Petro tempore predecessorum nostrorum illate sub initium pontificatus nostri
Sperdatas in Romandiola urbes Ariminum videlicet Faventiam et Cerviam

Nonnullaque alia loca ad Romanam Ecclesiam pleno iure spectantia
preter nos et predecessores nostros impudentissime invaserunt arrogantissimeque ~~sibi~~ sibi
usurpaverant, easque extra ipse occupatas detinuerant divino autem
nomine huiusmodi confederationem ~~erat~~ exenti sunt ~~Cesaris ac~~
~~Electo Romanorum~~ factum fuisse vel ex hoc maxime perspici
potest quod cum vires longe lateque pateret Venetorum opes exercitu-
que robore et viris satis firmum haberent infra tres vero menses
spacium omnibus urbibus arcibus atque locis que iuris sancte Ro-
mane Ecclesie et ipsorum confederatorum erant exuti sunt quibus
ipsi Electo Romanorum Imperatori pauca admodum restant recu-
peranda. Salvator enim et dominus noster Jesus Christus cuius causa
agitur omnem cunctationem omnemque expectationem confederatis ipsis
adimere voluit detestandi tam sanctam et necessariam expeditio-
nem, qui tam facilis et tam expedite victorie admonuit beneficio
se viresque suas omnes in eandem expeditionem sanctissimam obtulerunt
ac quodammodo devoverunt prout ex literis eorundem Carissimorum
in Christo filiorum nostrorum Ludovici Francorum Christianissimi et Ferdi-
nandi Aragonie et Sicilie Catholici Regum presentibus interclusis
videbis nec deerit ipse electus Imperator. Non Carissimi in Christo
filii nostri Anglie et Portugalie Reges Illustres a quibus de hac
re plenas pietate accepimus literas. Tu quoque Carissime fili
ut pro explorato habemus non deeris. Tua enim preter communem
Religionem maxime interest ut perfidi et immanissimi Turci
a quibus assidue bellum aut pateris aut times. potentius coherceantur.
nunc ~~regum~~ pro rei hoc potissimum tempore occasio et facultas obla-
ta est. Nunquam enim tanta concordia tantus animorum consensus
tam ardens ~~dem~~ desiderium Christianorum principum fuit. ad susci-
piendum atque gerendum bellum contra spurcissimam et immanissi-
mam gentem Turcorum. ut nobis quidem videatur ipse dominus et
salvator noster vel si a populo suo Electo ob aliquod delictum expetere
penas voluerit. Qui tam diu fideles suos a spurcissimis Maho-
metanis passus est lacerari. paratus iam et propitiatus omnem
spem victorie in hoc potissimum tempore contulisse. Veniet ma-
xima cum classe armis viris et instrumentis omnibus bellicis
instructissima ipse Rex Catholicus Ferdinandus. Veniet classis
una non contemnenda cum aliis Italie nationibus. Que tiran-
nidem Turcorum in extrema vite spe constitutum et incurabili
morbo implicatum non patietur angustias ellesponti egredi.
Terra autem robur Gallie Germanie et Anglie nationibus veniet.
Et Maiestas tua suo invicto regno atque exercitu hunc hostem fundere
et vincere aperto aderit et Carissimus in Christo filius noster Vladi-
slaus Ungarie et Bohemie Rex Illustris tuus sanguine et amore

Hermanus Christianus vero oppressis animum recipet nec omissurus
occasionem se in pristinam libertatem vendicandi et impurissime gentis
iugum excuciendi ita ut nulli recte consideranti dubium esse debeat
quin tante mari terraque viribus tam iusta sanctaque in causa omnis
Turcorum natio deo et salvatore nostro duce penitus conteratur et
respublica christiana in pristinam dignitatem restituatur reliqui principes
etiam magnam ex hac victoria apud homines gloriam magna
apud deum premia consequentur tua vero serenitas partem hic uti-
litatem ingentem consecutura est propagabit enim longe lateque fines
regni sui seque et suos non solum metu sed ex periculo perpetuo li-
berabit Quare cum nobis in animo sit deo ~~favente~~ permittente
hanc sanctam expeditionem iam a nobis publicatam et promulgatam
inire per nos ipsos Hortamur Serenitatem tuam ut ad nos oratores
tuos huius rei causa mittat cum pleno mandato tractandi
promittendi et concludendi omnia que pro ipsa expeditione
sanctissima tractanda et concludenda erunt, et ad te regnumque
tuum maxime pertinebunt Scimus Serenitatem tuam regnumque tuum
magne militie quam pecunia habundare et propterea nobis cure
ut quantum per nos fieri poterit rei pecuniarie, tibi subsidia
decernantur Dat Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris
die xxviij Julij 1509 pont nostri anno sexto

J Sigismundus

Julius papa II

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem Recuperatis
per nos et patrimonio beati Petri reintegratis urbibus ac locis, que
in provincia nostra Romandiole Veneti occupaverant Quorum cau-
sa dux rogati et consiliarii Venetorum canonica monitione premissa
Ecclesiasticis censuris ligati fuerant dilectus filius Nobilis vir Leo-
nardus Lauredanus dux Venetiarum sex oratores ex flore Civi-
tatis electos misit ad nos Magna cum humilitate atque perseve-
rantia absolutionem et veniam petens ac solemni stipulatione pro-
mittens omnia que vel ad libertatem Ecclesiasticam vel ad firmitatem
status Sancte Romane Ecclesie quomodolibet pertinent, que nos paterne considerantes
attendentesque quod sancta mater Ecclesia redeuntibus ad se cum humili-
tate filiis nunquam claudit gremium pietatis, et quod illius licet immeri-
ti vices in terris gerimus, cuius proprium est semper misereri semper
et parcere ducem rogatos et consiliarios antedictos ac universum po-
pulum Venetum ab omnibus censuris et penis in monitorio
nostro contentis, absolvimus unitatique fidelium et participationi -

Sacramentorum Ecclie restituimus Interdictum Ecclesiasticum Venetijs
et aliis vigore monitorij antedicti appositum relaxando Eo quod li-
bentius qd confidimus ducem et rempublicam Venetorum propo-
situm eorum et magnam facultatem instruende classis quam
habeant plurimum Cristiane rei posse conferre Hec aut Mti
tue significanda duximus. Ut intelligat nos nos nihil alienum
ab officio boni et universalis pastoris fecisse Dat. Rome
apud Sctm Petrum sub anulo piscatoris die xxiiij februarij
Anno 1510 Pont nri anno Septimo

Sigismundus

Julius pp ij

Charme fili in Cro fili nr Salut et aplicam ben. Cum anno
Sextus institutum nrm circa susceptam in turcas orthodoxe
fidei hostes generalem expeditionem aperuerit Quantoque studio
omnia maturauerit et si iampridem ex certis tuis litteris et qd
grate cognouimus Consensit tn nuper ad nos dilectus filius
Jacobus Piso quem eam ob rem ad Sertem tuam et Sedis
apce nuncium specialem miseramus de omnibus his plenum et
cumulatum testimonium perhibuit, quod nobis non nisi gratissimum
esse potuit atque eo etiam gratius Cum ab ipso statim pontificatus
nri initio nihil unquam neque magis neque etiam cordi
habuimus quam ut inter Cristianorum principum animos ar-
mis que rem serio aggrederemur Ubi quanto ex nobis fuit
requisito studio, omnibus que nobis videbantur posse eorum obstare
impedimenta submouimus, sed dum bonum semen publice
seminamus Non defuit qui zizaniam occulte intersereret
qui cognosci prius quam in granum prodiret non satis potuit Cum
itaque iam etiam appareat non fuit officij nri in hoc quicquam
simulare Quare cum Charmum in Cro filium nrm Ludovicum
Francorum Regem Cristianissimum videremus contra factam superiore
anno inter nos ac ceteros reges et principes concordiam cum
maximo omnium preiudicio multa et intollerabilia moliri et iam
non solum de occupanda universa Italia cogitare Sed Imperij etiam
bonis manum inijcere et viam sibi apperiret, omnia pro suo
arbitratu agendi vel turbandi Non licuit nobis tam manifestam
tamque perniciosam universe reipublice Cristiane ambicionem sustinere
prefertim quia dictam expeditionem non modo expedire verum etiam
in nihilum penitus redigere videbatur. nisi fuisset opportunum ad
hibitum remedium Collectis itaque quorum interest consilijs auxilijsque

Si proficere aliter non poterimus vim vi repellere constituimus et ab ea parte Ferrarie cum reliquis Cesaris principibus et nos et universam Italiam dicte expeditioni apparemus. Speramus enim divino auxilio omnia facile in bonum exitum perduci posse. Interea hic nihil eorum omittimus que dicte expeditioni profutura sentimus. Quare ipsam tuam serenitatem in domino hortamur velit in sua diligentia fervens persistere et de nobis nulla in parte dubitare. Expectamus iam maximo desiderio oratores tuos ut cum eis ad plenum agere et concludere possimus. Cupimus etiam intelligere quid oratores tui cum Turco concluserint. Quicquid enim Serenitati tue in ea re visum est utile id nos quoque non improbamus. Scimus enim omnia singulari Serenitatis tue prudentia ita gubernata esse ut nihil desiderari culpari possit. Datum Ancone sub annulo piscatoris die x Septembris 1510 pont. nostri anno septimo.

Sigismundus

Serenissime et excellentissime Rex et domine nobis colendissime. Miseratione divina Episcopi presbiteri diaconi S. R. E. Cardinales in Lombardia pro bono Ecclesie convenientes commendationem cum intelligentia posteritatis et directionis Ecclesie sancte dei. Cum frequentes generalium conciliorum celebrationes tanquam flumina paradisi semper dei Ecclesiam purgaverint irrigaverint atque fecundaverint illorumque intermissiones tribulos et spinas vitiorum dissensionum errorum et bellorum sepius induxerint quales hodie gravissimas deo permittente patimur. Effectum inde olim fuit ut divina illa Constantiensi Synodo sanctitum sit decimo quoque anno saltem concilium fore congregandum. Id autem anno revoluto S.mus d. n. sue creationis tempore et omnes in conclavi existentes Cardinales nobiscum iureiurando et solemni voto post biennium ab eo die generale concilium convocare statuerunt. Ad quod exequendum et si aliquando sanctitatem suam suppliciter hortati fuimus nihil hactenus profecimus, atque cum sua S.tas et nonnulli alii Car.les Reverendissimi domini Cardinales id negligentibus et quibusdam forsan ad id non liberis reperiremus onus nostrum omnemque potestatem concilii congregandi ad nos esse devolutam et voto nostro iurato satisfieret Ecclesieque fere collapse succurreretur, concilium ipsum faciendum curare decrevimus. Quod in ditione Ecclesie ubi non fuisset liberum et tutum id agere cum libertas urbis sacri senatus hodie plurimum careat oppressa procurare non ausi Lombardiam secessimus ubi post longam maturamque rem tractatam et plurimorum divini ac humani

Iuris doctissimorum virorum consilio voluntate et assensu Sacre mtis ac
sacratissimi domini Maximiliani Electi Ro. Imperatoris semper Augu-
sti et Chrmi domini Ludovici Francorum Regis auxilio dei omni-
potentis et spe adhesionis aliorum Principum et fidelium Die
Veneris xvi Maij presentes indiximus et convocavimus concilium
generale vniversalis Ecclesie inchoandum kl. Septembris proxime futuris in
Civitate Pisarum continuandumque vsque ad diffinitionem bone et con-
stantis pacis inter principes Christianos belli contra infideles refor-
mationis Ecclesie in capite et in membris extirpationis heresum
Scismatum et errorum in Christiana republica vigentium et ac aliorum
qui in cedulis convocationis continentur Quas Mti vre transmi-
ttimus Verum quia confidimus Mtem vram tam sancto tamque
necessario operi non solum accessitam assuturam sed se obla-
turam eam enixe rogamus vt huic sancto operi non desit nobisque
ad optatum finem se ducem prebeat Mandareque velit vt cedule
convocationis per longa publica sui Regni affigantur ac inde
oratores suos ac prelatos dominiorum suorum in hoc constituto ex
assistendis consultationibus et deliberationibus suis in causis
fidem pacem et mores fidelium tangentibus mittere dignetur
in quo et apud deum gloriam et apud homines immortalem
laudem consequetur Commendamus nos Mti vre Que feliciter
valeat Mediolano xxij Maij 1511

E. v. Mtis. deditiss.

Bernardus Car. S. + i. S. Car. Narbonen. F. Car. Cusentin.

Julius pp ij

Carissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Reddidit nobis
litteras tue serenitatis dilectus filius noster Achilles de Grassis
Cardinalis Bononiensis in quibus scribis te dilectum filium
Joannem Stafileum Capellanum et nuncium nostrum pro benignitate
percepisse admisisse atque audivisse, cognitisque hiis rebus quas
idem Joannes de iniurijs nobis illatis et perturbatione sedis
et vniversalis Ecclesie sibi tue retulit plurimum doluisse professa
que esse serenitatem tuam nobis et sedi apostolice deesse non deffuturam

Sed more carissimorum et pientissimorum progenitorum tuorum pro
nobis et eadem sede semper staturam Scribis etc. de prorogatione
ecumenici Concilij per nos apud Lateranum indicti in eadem fere
sententiam Carissimus in Christo ~~filius noster~~ filius noster Wladislaus
Hungarie et Bohemie Rex illustris frater tuus germanus esse suspicit
Cuius litterarum exemplum ad plerosque Reges Christianos iam mi-
simus ad quos pariter et litteras mittemus oratorem eius
Serenitas tua ad nos miserit eum perbenigne excepimus et
audiemus Etiam vestre serenitatis summopere in domino commendamus
eamque optimam spem habere volumus de celeri et validissi-
ma expeditione contra perfidos Turcos et alios Christiani nominis
hostes Huius enim expeditionis decernende et inchoande potissi-
mum gratia Concilium generale indiximus Ad reliqua que scribis
idem Cardinalis Bononiensis tue Serenitati mandato nostro respondebit
Datum Rome apud sanctum petrum sub annulo piscatoris die
xiiij februarij 1512 Pontificatus nostri anno nono

Pro Sigismundo Bal. Tuerdus

Brevia Leonis pape decimi sequuntur

Leo pp. x.

Charissime in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem Heri quemadmodum
Deo optimo maximo placuit, qui peccatoris operiri mortemque non
vult, sed planis ut convertatur et vivat Venerabilis frater noster Bernar-
dinus Carvaiales Episcopus et dilectus filius noster Federicus de sancto
Severino diaconus Cardinales qui dudum propterea quod in Ecclesia
Sacrosancta dei alteram perniciosamque schismatis nebulam excita-
verat Conciliabulumque pisanum conflaverat a fe. re. Julio
pp. ij predecessore nostro cardinalatus officio beneficiisque eorum
omnibus privati multatique fuerant aura sancti spiritus afflati ad veram
penitentiam convertentes in medio Consistorio fratrum nostrorum sancte Romane Ecclesie Car-
dinalium convenientes ipsi se ad pedes nostros populari demississime suppliciterque
proiecerunt veniamque suorum erratorum petentes atque petierunt
paratosque se dixerunt esse quamcunque illis penam statueremus eam
subire ac perferre animis libentissimis promiseruntque deinceps

Se sacro Lateranen. concilio semper ~~adheserunt~~ adhesuros semper sedi
aplice et nre, eorumque fratrum tunc S. R. E. Cardlium voluntati
mandatisque parituros. Quod et si antea per eam Scedulam fecerant
que in ultima sessione eiusdem sacri Lateranen. concilij perlecta peniten
tiam humilitatemque eorum declaravit, idem tum multo quidem clarius
atque apertius presentes fecerunt, confirmaverunt. Pisanum conciliabulum
illiusque acta voce damnaverunt et improbaverunt altera ab ipsis per-
lecta Scedula pleniore sed et ac sensus plane expressionis et sub-
missionis. Quamobrem Nos quidem ea lege omnium christifidelium matri
Ecclesie deus prefecit ut eam vere penitentium pietatis sue munus nos
ministros esse voluit, gremium ecclesie humilitatem eorum
confessionem penitentiam gratissimum deo sacrificium sperantes futuras
Eos ambos ipsum quidem prius reprehensos atque admonitos de eorundem
Cardlium consensu ad Cardinalatus officium dignitatemque ac sessionem
qua primo utebantur restituimus. Et ideo libenti animo fecimus quod
perniciosum illud scismatis vulnus Quo Ecclesia dei scissa discerptaque
ab illis non solum fuit eorum duorum ad veram penitentiam reditu
~~[illegible]~~ cure plane sanarique videbatur. Itaque cum nihil unquam
magis exoptaverimus quam in dei sponse veste eam notam aratam
que aboleri, hunc ipsius rei nobis occasione prebita in eam curam
magnopere incubuimus ut eos viros quos commemoravimus
ab alienatos dudum a sede que hac apostolica atque ab ipsa veritate
dissentientes ad illam tandem in recto spiritu redeuntes animo pieque
exceperimus. Quanquidem dei de re non solum nos sed universe huic
urbi ~~[illegible]~~ visa est magnam voluptatem cepisse, seque admodum
audita eius humilitate penitentie restitutionis eorum exhilarata-
visse. Nos autem deo gratias agentes qui suos de alienis fecit
quique nobis dedit tanti sceleris comprimendi facultatem, hec
ipsam sent. tue significanda esse fere duximus. Quam
quidem pro sua in sanctam sedem apostolicam cura studio diligentia
labore conservanda augendaque scimus leto animo cum nuncium
accepturam. Hortamurque illam in domino ut quod adhuc quidem
semper fecit rem deinceps faciat, ipsamque unitatem omnium Ecclesiam
quantum in se est ab omnibus parum eius unitatem que
perturbantibus tueare. Dat. Rome apud sanctum Petrum sub
annulo piscatoris die xxviii Junij 1513 Pont.
nri anno primo

P. Bembus

Leo pp x

Charissime in Xpo fili nr salutem et aplicam ben: Urgente nos cura
dominici gregis Cui divina providentia prepositi sumus Cum
et tua et Charissimi in Xpo filij nri Wladislai Ungarie Regis Illustris
fris tui pericula nos vehementer sollicitos habeant. Scripsimus ad ducem
Moskovie tue Mti finitimum a nobis quidem et ab unitate sancte Matris
Ecclie dissentientem Sed tn Cristianum, ut in suscipienda crucis Cristi
quem nobiscum una agnoscit et colit causa, discordias quas tecum
habet et iniurias quas tecum egerat, donare et remittere deo ipsi
conveniensque cum tua et fris tui supradicti Mte in sanctissimam Socie-
tatem belli contra infideles velit. Quoquidem facto nullum arbitra-
mur Si dnus meam apud ipm ducem auctoritatem valere voluerit
tuis et Illustris fris tui et Xpiane fidei rebus fore utilius Te
cum hac cura finitimi periculi liberato et soluto, tuam prestantissima
virtutem tum et in bellis gerendis fortitudinem Simul ac prudentia
quam merito maximi facimus huic paterne in hoc bello prompta
et precipuam ac de his rebus pridem dedimus mandata dilecto
filio nro Tho. tt sancti Martini in montibus S.R.E. presbro Cardi-
patriarche Constantinopolitano nro de latere ad illas vias nunc
nali Legato ut hoc is pace inter omnes conciliata Cristianorum
principum vires adversus Turcas coniungeret Sed et nobis visu
est ad Mtem tuam has etiam lras scribere Teque in dno adhortari et
enixe rogare ut clementiam et magnitudinem animi tui in dei causa
ostendas mitemque te prebeas concordie non solum cum duce Moscho-
vie. Sed etiam cum dilecto filio Alberto ordinis sancte Marie Theuto-
nicorum in Prussia Mgro totoque illo ordine constituende Cum hoc
ad tuam maximam laudem pertineat, videre te et dei et fratris
tui Catholice fidei causa illis pepercisse quos vincere facile queas
illorum aut congressum appetiisse quibuscum vincere gloriosum
est quam aliorum pericula querentem vincere, et hijs te pro summa
erga deum pietate et magnitudine animi acceptum ita prona
consilia non defuturum periculis fidei catholice propulsandis pla-
ne confidimus illud quidem recte hac Mte pollicemur rebus a te
fortiter et feliciter gerendis quam nobis spem virtus prebet tua
non defuturam neque apud nos et Sedem aplicam meritam laude
neque in celo gloriam sempiternam Dat Rome apud Sanctum
Petrum sub annulo piscatoris die xxix Novembris
1513 Pont nri anno Primo

Ja. Sadoletus

Leo pp x

Charissime in Xpo fili nr salutem et aplicam ben. Accepimus non sine
animi nri displicentia, quod cum ante plures annos dilectus filius
Mathias de Trzyana pbr Cracovien. dioc. ac Rector parochia-
lis Ecclie S. Margarethe in Borzkowo dicte dioc. fuisset per
nobilem virum Nicolaum Czykowski Gladiferum terre, et
Burgrabium Castri Cracovien. parrochiali Ecclia predicta
ac bonis omnibus valorem sexcentorum ducatorum auri exce-
dentibus de facto spoliatus, propterea ad fe. re. Julium ppam
ij recursum habens causam contra dictum Nicolaum ac
quosdam presbros in Ecclia pdicta successive intrusos in Roma-
na Curia certo causarum pallatij aplici auditori committi ob-
tinuisset, et tres conformes sententias in sui favorem et contra
dictum Nicolaum et presbros predictos in dicta Ecclia successive
intrusos super Ecclie ac bonorum pdictorum si extarent alioquin
illorum valoris restitutione, cum fructuum et expensarum
respective condemnatione reportasset, Lris executorialibus
desup in forma solita decretis illisque etc. triplicatis, ac successive
ulterioribus censuris vnarum invocatione brachij secularis ad
partes transmissis, dictus Nicolaus hita de premissis notitia
sue salutis immemor, Lras huiusmodi executioni debite deman-
dari minime passus extitit, immo expresse prohibuit penas
et censuras per sacros canones ac bullas in die cene domini
per prefatum predecessorem nrm. et nos successive contra impedien.
executionem Lrarum et mandatorum aplicorum, editas dampna-
biliter incurrendo. Et insuper quod vix credere possumus in tuo
Regno quod orthodoxe fidei contra Turcas Xriani nominis hostes pro-
pugnaculum esse consuevit, eundem Mathiam ut premittitur spolia-
tum et ad extremam inopiam immo mendicitatem redactum
eiusque consanguineos et fautores, et qui sibi Lras scriberent
aut similes Lras ab eo reciperent seu in executionem mandatorum
aplicorum sibi quomodolibet assisterent, ex universo Regno tuo
banniri, eorumque bona confiscari ac pro exulibus et bannitis per
publica edicta denunciari procuravit, sequestrumque alias super
fructibus dicte parochialis Ecclie appositum violavit, et fructus se-
questratos valoris trecentorum ducatorum et ultra diripuit et li-
cet attentis premissis partes nre essent dictum Nicolaum eiusque
complices non solum sub strictissimi anathematis fore sed etiam
privationis oim bonorum honorumque immunitatum et dignitatum
per eum obtentarum inabilitatisque ad alia obtinenda penis

Monere ad personaliter comparendum coram nobis. et se de premissis ac manifesta heresi purgandum volentes aut cum eo misericorditer agere et ut eo facilius ad cor redeat quo nos et sedem apostolicam ad ipsum in communionem fidelium recipiendum reperierit promptiores M[aiestatem] tuam hortamur et requirimus in domino eundem ipsum Nicolaum eiusque contemplacione in ecclesia predicta intrusos moneri et opportunis remedijs cogi et compelli facias ad restituendum eidem Matthie ecclesiam ipsam cum fructibus ex ea perceptis et bona ac pecunias eidem Matthie patri ablata et in quibus condempnatus extiterunt eundemque Mathiam dummodo non sit alia causa bannitus reperiatur etiam ad bona que propterea confiscata pretenduntur, cassatis et annullatis quibuscunque processibus, et banniment[is] desuper emanatis plenarie et effectualiter restituas. ac restitui et reintegrari facias ac nos de executione et restitucione huiusmodi. si fient certiores fieri procures. Quo si ut speramus cum effectu exequi facias Nicolaum et alios rebelles predictos communioni fidelium et ecclesiasticorum sacramentorum participationi benigne restituemus. Sin minus nos iuxta canonicas sanctiones et sanctorum patrum decreta et instituta ac nostras nostrorumque predecessorum desuper editas constituciones ipsis oppressis de alijs remedijs provisuri sumus Dat[um] Rome apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxx Julij 1512 pont[ificatus] nostri anno sexto

P. Bembus

Leo pp x

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam benedictionem. Super nobis cum querela exposuit dilectus filius Johannes de Vincjoro Rector et plebanus ecclesie parochialis oppidi Daugij in ducatu tuo Lithuanie quod licet clare memorie Alexander Rex Polonie frater et predecessor tuus decimas a deo redemptore nostro qui dixit decime et primicie mee sunt institutas et que sacerdotibus debentur eidem Rectori plebano tunc huiusmodi parrochialis ab oppidanis Daugij alijsque incolis dicti ducatus Lithuanie more ceterorum Christifidelium persolui voluerit et mandaverit atque Maiestas tua ecclesiam huiusmodi ecclesie recte sanctisque ab eodem quondam Rege eius fratre institutam approbaverit Tamen pleriique parrochiani dicti oppidi favore illicito quorundam Nobilium provincie castellanorum et ceterorum officialium tuorum dicti ducatus freti decimas huiusmodi non solum solvere iam certo tempore recusarunt atque recusant

Verum ipsi in personam dicti Joannis rectoris sevire velle se iactant, atque
dei timore postposito alia multa minantur ob quas res Joannes ipse de
vita formidans cogitur a cura sibi demandata non sine multarum
periculo abesse Et proinde nobis humiliter supplicarunt ut tam sibi
commissarum animarum saluti quam securitati etiam persone sue pie
consulere velimus. Res hec fili carissime ut sunt ab omni divino
humanoque iure aliene, ita nobis pro pastorali quam gerimus cura
non possunt non esse moleste Quocirca de tue Mtis summa pru-
dentia atque devotione quam erga nos et sedem Romanam certum
gerit plurimum in domino confisi Eandem Mtem tuam hortamur ut
sua regia auctoritate, proceribus, nobilibus, castellanis, aliisque officia-
libus suis dicti ducatus ita mandare, Invasoresque ipsos qui tanta et
tam gravi animadversione digna audeant, ita corripere, et demum
super premissis opportune providere, efficereque velit, quod Joannes
Rector antedictus et sibi debitas ut prefertur decimas percipere
Et quietam vitam apud curam sibi commissam ut debet atque desiderat
post hac sublato timore agere possit prout Mtem ipsam tuam
non dubitamus esse facturam Ex hoc enim a deo ipso cuius
causa agitur eternum premium a nobis vero et sede apostolica vices
mutuas eadem tua uberem commendationem et gratiam consequetur Dat
Rome apud sanctum petrum sub annulo piscatoris die vij Maij
1513 pontificatus nostri anno primo

Bal.ar Tuerdus

Leo pp x

Carissime in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem. Cum more ma-
iorum nostrorum et solemni ritu S. Ro. E. institutum sit ut quotannis
in sacratissima die domini Natalis Ensem ac pileum benedictos
Romanus pont. cui visum fuerit ex Christianis principibus aliquo-
ti prestanti virtute aut merito erga hanc sanctam sedem insignito
mittat destinari, eosque qui proximis diebus domini nostri Jesu Christi natalicijs
consecrati fuerant fe. re. Julius ij predecessor noster tue Serenitati
dicaverit nec tibi miserit. Nos qui nuper divina providentia
ad summum apostolatus fastigium provecti sumus eiusdem predecessoris
nostri voluntatem et iudicium attendentes. Tuamque animi magnitu-
dinem maximis in rebus cognitam intuentes nullam moram

Interponendam putavimus Cum ipsos Ensem et pileum transmitteremus
tibi vel tanquam premium tue virtutis vel tanquam testimonium nostre de
te opinionis Quanquam quidem tue res geste quarum fama per omnes
gentes nationesque propagata est, eo glorie et celebritatis provecte
sunt ut humanis premijs non apte decorari posse videantur que
sunt semper in divinis honoribus augendis fideque et religione nostra
propaganda fortiter feliciterque versate Sed tu si non tam muneris ipsius
quam muneris misterium interpretari volueris, intelliges profecto
nichil esse tam amplum a magna virtute expetendum quod non
tibi in eo ipso dono aut aperte datum aut mistice significatum sit
Nos enim qui vicariam potestatem dei in terris obtinemus pileo
te quasi in participationem sacerdotalis dignitatis asciscimus tibique
nobiscum una patronum ac defensorem summum deum adoptamus
Ensem vero cum porrigimus satis aperte denunciamus ut eo utaris
velis tum ad propugnationem eorum qui tibi fide ac religione
veroque dei cultu coniuncti sunt Tum ad excisionem illorum qui et
huic ipsi sancte fidei et omnibus fidelibus hostes inimicique sunt ac
semper fuerunt Ita quod ad meritum tue pietatis pertinet Te in
dei omnipotentis sinum ac patrocinio collocamus, quod ad fortitudi
nis laudem tibi propugnationem sanctissime fidei committimus in altero
te a deo, in altero nos a te adiuvari velle significamus et poscimus
Sed huius tanti doni atque misterij vim atque sententiam tu pro tua
prudentia facile cognosces Nos quoque venerabili fratri nostro
tuo, cui te potissimum in hoc munere tradendo referendum ante
tulerimus facilius est ad reddendum racionem Nam ut omittamus
Nobilitatem Generis et sanguinis, quia tibi pares multi sepe ex
titerunt ut nihil de Regia potestate dicamus, que fortune plerumque
est, et non virtuti debita Illa vero nullis laudibus equari
possunt, que tu adversus finitimos Scythas Christiane fidei hostes
pro vero dei honore atque gloria magna preclaraque egisti agisque ut
audimus prope quotidie, ita aures nostre crebris atque insignibus
victorijs tuis iam concaluerunt Ea porro propria sunt tamen a
deo tu auctore omnium bonorum ad te profecta Cui tu soli gratiam
nec alij preterea debes Nam et is facit ut preclare de eo posses
promereri, et idem facit ut laborum ac periculorum omnium
que pro illius nomine defendendo subijsti Sint tibi et in celo. et
in terris parata premia sempiterna Hec nos ad Serenitatem
tuam paterno affectu. et nova quadam erga virtutes tuas chari
tate inflammati perscripsimus ut te in domino nostro Jesu Christo
hortaremur nihil deflectere ab instituto itinere tante virtutis
et pietatis Sed confidere deo ea que agere que illi grata et pro
bata esse intelligas dilecto quidem ~~paulo~~ filio Paulo Electo Lucorien

Mandatum ei qui ad te ensem et pileum supradictos attulit ut
eis consignandis Missa solemniter celebrata plenariam indulgen-
ciam omnibus qui pntes affuerint de nra et beatorum aplorum
Petri et Pauli auct confisus concedat et largiatur Ceteris in
rebus quod ad dignitatem et comodum Mtis pertinebit, nram
cum domino Sedeqz aplice Sedis libertatem et benignitatem tibi
paratissimam fore prompto animo pollicemur dat Rome apd
Sctum Petrum sub annulo piscatoris die penultima Marcij
1 5 1 3 Pont nri anno Primo

.Ia. Sadoletus

Leo pp .x.

Charissime in Cro fili nr salut et aplicam ben: per tue Mtis orato-
res tuo nomine requisiti fuimus ut paci inter predecessores quondam
tuos Polonie Reges et Mgrm generalem ordinis Milicie Theuto-
nicorum inite confirmationis aplice robur adijcere vellemus Cumqz
cum ortoire frequentes inter Mtem tuam et eius predecessores ac
ordinem predictum controversias et dissentiones subortas et ad
fe. re. Alexandrum vi et Julium ij ac alios plerosqz predecesso-
res nros delatas et nondum sopitas audiuerimus no possumus no
vehementer dolere Cum verearur et Regno tuo et ordini ac uni-
uerse Cristiane Reip cuius in ijs locis contra barbaras et im-
manissimas nationes quasi antemurale et firmum propugnaculum
estis grauia inde pericula et incomoda imminere Mtiqz tue ac eius
Regno Sperm presidij et auxilij ere in aduersis tuis rebus Si quando
acciderint (quod deus auertat) Cesaree Mtis ac germanice nacionis
propterea adijmi posse, qui plerumqz apud predecessores nros attestati
sunt eorum plurimum interesse, ne ordo ille aliqua in re vel ac-
tus vel concordie nomine ledatur Quare cum aplice Sedis cui or-
do ille immediate subest, et Cesaree et tue Mtis illius ordinis
ac Cristianitatis totius plurimum intersit Controversias vras vel
concordia vel iure terminari, quas no videmus comodius qm
accersitis ijs quorum interest et Rome tractari posse Insuperqz
qz reptum sacrosanctum Lateranen concilium ut Cristianorum
principum odia et simultates componerent continuare Mtem tuam
pro pastoralis officij nri ac dominici gregis nobis crediti cura
Hortamur et attente in domino requirimus ut vel per eos Orat
Mtis tue qui in pnti apud nos agunt vel alios plane ac sufficien-
tibus Mandatis instructos tuam causam hic in hoc concilio agi

Et termiari ac interim te omnibus actionibus que ad eas controversias
attinent quiescere et omnino supersedere velis de quo dilectum filium
Nobilem virum Albertum ex Marchionibus Brandeburgen. ordinis
Btme Mgrm generalem idipm facere volet per nras litteras admo-
nuimus Quicquid aut super his tua Mtas decreverit, Nobis per
hunc Cursorem nrm, quem propterea huc mittimus significari
placeat dat. Rome apud Sctm Petrum sub annulo piscatoris
die xxvj Julij 1 5 1 3 pont. nri Anno primo

P. Bembus

Leo pp. x. Iuano duci Moskouitaru

Dilecte fili Meliorem in dies mentem et Spiritum sanioris consilij
Summe virtutes tue, que nos Nobilitatem tuam, quamquam a nra auct.
et Scte Mris Matris Eccle unitate dissentientem tamen amare compellunt
:Itm: et spes illa quam in Cro habemus deo nro annuente quoque nomen
agnoscas et confitearis faciunt ut no diffidamus litteras nras pater-
no ad te amore atque animo scriptas aliquid momenti et ponderis
habituras Si modo ad reliquas tuas prudentie et fortitudinis
laudes hanc quoque humanitatem adiunxeris, ut odijs paruumper
et inimicitijs depositis Scta et salutaria consilia nra in animum
tuum velis admittere Nam nos cum propter impendentes a perpetuo
hoste fidei nre Turca terrores Sepe carissimum in Cro filium nrm
Voladislaum Ungarie ac Bohemie Regem Illustrem litteris hortati
fuissemus, ut cum in ipm precipue vis et impetus sevissimorum
hostium ac tota belli moles incumberet, daret operam ut communicata
ope Illustris fris eius sui arma atque consilia quibus fretus facile
hostibus resistere et fines suos tutari posset Sepe ille nobis ille re-
spondet Supradicto fri Regi Polonie fratri suo. no quidem voluntate
Se adiuvandi deesse Sed cum premimus et fratri hanc operam et
deo navare libere posset tuis inimicitijs et bello impediri Que res
a nobis intellecta magnum in nobis excitavit dolorem Erant enim
nobis admodum videbatur tantum ducem tanti animi atque Ventris
ab ipo deo tot amplissimis beneficijs instructum atque ornatum no solum
a nobis qui dei vices in terris gerimus Sed ab eodem ipo deo ita avex
sum esse ut sanctissime fidei defensoribus impugnandis facultatem
acerbissimis Cri hostibus in nos et suos ~~hostes~~ irrumpendi fines
patefaceret Itaque cura communis Christianorum Salutis nrm animum sti-
mulante cum pro nro pastorali officio quo sicut vicarius Jesu Cri

Et verum beati petri successorem dextim capite universalis ecclie
posuit omnes nos et sancte Ro. Eccle filios gremio diligentie nre et cari-
tatis sinu fovere, tenemur die noctuque cogitaremus quomodo adiuvante
deo saluos illius populos a tanto periculo prestare possemus opti-
mum existimavimus esse fratrem nobilem et nobis in Xpo carissimum
fratrem nostrum Thomam tituli sancti Martini in montibus sancte Ro.
Eccle Cardinalem verum patriarcham Constantinopolitanum Le-
gatum de latere nro decernere ad ea regna, que hinc Turcarum
et Tartarorum precipue opposita putantur, precipue Germanie vngarie
Vngarie polonie, ac etiam ducatus Moschovie aliarumque his adherentium
et finitimarum provinciarum Cum enim dei concordia et pax inter omnes
conciliata, coniunctis viribus omnibus membris unum Christiani corporis ro-
bur ad resistendum sevissimis hostibus efficeret. hunc enim nos virum
singulari virtute et gravitate preditum, et propter usum earum na-
tionum quem habet, et propter prudentiam qua non mediocriter pollet
maxime idoneum huic officio et aptum esse iudicavimus atque inter
cetera mandata que ei per nos data sunt, hoc maximum et pre-
cipuum dedimus ut ageret nro nomine tecum diligenter ut tandem
depositis aliquando inimicitiis, que tibi cum carissimo in Xpo filio
nro Sigismundo polonie rege intercedunt simul suscipere communem
causam nre fidei, potentiamque tuam et virtutem quam nos maxi-
mi facimus coniungere cum eorum Regum studio ad defensionem
Xpi Iesu contra improbissimos Turcas et Tartaros et ad recupe-
randum Constantinopolitanum Imperium velles quoquomodo facto si
meis amantissimis consiliis obtemperare volueris nullum nec tibi
gloriosius nec deo magis gratum potes cogitare Nam si omnes deum
omnes colimus Christum Iesum vero recto animo eius fidem conser-
vare et nomen ab opprobriis et contumeliis tueri immaculatam
debemus neque hoc magis convenit aliis principibus quam tibi. Nam
et te ille magnum ducem nasci voluit, et te ornavit multorum po-
pulorum Imperio Tibique opes et potentiam et fortitudinis etiam lau-
dem attribuit, ut his tot ornamentis ad illius fidem defendendam
esse instructior, nec maior illi abs te referri gratia potest, quam ut illius
causam una cum ceteris Regibus suscipias, eorumque, qui Xpi nomen
non solum ex urbibus et gentibus sed etiam ex animis hominum exter-
minare contendunt, sceleratos et impios conatus pro tua parte et
virtute repellas, atque hoc ut facilius et melius fieri possit obli-
viscaris propter deum inimicitiarum, si que tibi cum finitimis tuis
intervenerant eosque quos eiusdem dei cultu fidei tibi cognatione et
societate devinxit in amorem tecum et conspirationem concordie recipias
erit hoc proprium laudis erit virtutis tue placabiles gerere Cum Xpi-
anis inimicitias contra vero hostes Xpi atque nos exercere iras

Immortales publicamusque magis procurare dei gloriam quam primata odia
tua retinere, hanc abs te mentem et placabilitatem deus ipse tot tu-
bi bonorum auctor reposcat. Turci vero ipsi nihil minus volunt
quam te gratum esse deo, et ipsius beneficiorum meminere. Qui si aliquos
in te maxima beneficia contulissent nullam profecto maiorem
abs te reposcerent gratiam, quam ut illorum munere Cristifidelibus
principibus diverso ac periculo distrahendis facilem illis aditum
ad perrumpendos ipsorum obiectos crudelitati oppositos preberes.
Quorum utique numquam fili nec crudelitatem senties nec perfidiam
experiare. Quod si illi (quod deus avertat) aliqua adversus fini-
timos tuos victoria potirentur, esset utrumque commune tibi pertimescendum.
Nullum enim maius dissidium atque odium est, nulla acerbior distractio
quam dissimilis de deo sententia et fidei diversitas, cumque inter quos de-
monem aliud atque aliud agnoscunt, nulla umquam fida pax nullum soli-
dum intercedere potest. Quam tu coniecturam capere ex finitimis Tar-
taris potes, illi enim hac una causa inimicitiarum ducti, quod te Cristi
nomen colere audiunt, a quo ipsi abhorrent, sepe agros tuos popula-
tione oppida vastitate affecerunt, atque illi tamen preda fortasse contenti
sunt. Turci vero non tam avide predam appetunt quam sanguinem.
Cumque Cristianos principes quos vicerint ex imperio detrudant, tum
nihil habent antiquius quam templa et delubra deo consecrata pro-
fanare atque impiis Macometi sui superstitionibus polluere quo nihil
acerbius Cristiano homini aut indignius videre potest. At contra cum nulla
sit sanctior inter homines necessitudo quam eiusdem dei confessio et adoratio,
est alti et magni animi, cum dei causa postulaverit, prebere te facilem
et mitem ad eas inimicitias deponendas que cum tecum eiusdem dei
cultoribus fuerint suscepte. Quocirca dilecte fili, cum te ad pacem cum
carissimo in Cristo filio nostro Sigismundo iocundam vocamus ea tibi
proponimus que sunt deo nostro gratissima, hostibus nostris et dei omnibus
infesta, tibi non solum ad salutem et stabilitatem status tui utilia
sed ad laudis famam gloriosa. Atque hac quidem de re etiam ad su-
pradictum regem Polonie diligentissime scribimus, ut is pace tecum
conciliandam, clementem se et tractabilem prebere velit. Quod illum
omnino credimus facturum. Ille enim pro sua eximia in deum pietate
nostram et sancte sedis apostolice auctoritatem plurimi semper fecit et debuit, qua
certe non diffidimus apud te filium a nobis quidem (quod nobis magno do-
lori est) hoc est patris tui amantissimi suum errore quodam et pra-
vis iniquorum suasionibus alienatum. Sed tu nobis propter tuas
virtutes egregie dilectum aliquid valituram. Atque utinam quidem sic
eundem deum nobiscum una agnosceres et confiteris ita recta conveniret
teque ad unitatem sancte Matris Ecclesie adiungeres et ad Romani pontificis
unius pastoris quem omnes Cristiani reges principesque vicarium dei
confitentur, tuam quoque mentem et sententiam conformares et ad tuas

preclaras fortitudinis laudes hanc etiam pietatis addere. Quod si nos per tuam humanitatem et dei gratiam consequeremur, nullum est gaudium quodquidem cum isto comparare possemus. Clarissimis cum tuis virtutibus paterno amore affecti et terrenam gloriam tuam et immortalem anime salutem maximummodum affectamus. Cumque sancta Romana ecclesia iis thesauris celestibus et terrenis abundet, quos est per dei liberalitatem beato petro auctore et principe huius sancte Sedis apostolice consecuta, nos omnes qui maxime, qui e celo sunt veniunt diviciarum fontes ad tua commoda et ornamenta large patefaceremus. Si modo tu sicut fidelem Christianum principem decet ad universalis ecclesie corporis te adiungendo ea a nobis quereres, et posceres et expectares. Quam tamen mentem in deo bonam et rectam sententiam speramus quodque tibi ab ipso deo datum iri. Verum de iis omnibus ut ageret tecum perdiligenter predicto fratri nostro [illegible] Cardinali Strigonien patriarche Constantinopolitano dedimus in mandatis, cum quo poterit vel cum iis quos ipse ad tuam Nobilitatem ob hanc causam miserit, Nobilitas eadem tua que visa fuerint communicare, nos deum omnipotentem patrem domini nostri Jesu Christi suppliciter deprecamur ut tua consilia constituende et solidande pacis bellique adversus impios hostes transferendi ita sint populis fidelibus et universo Christiano nomini salutaria ut huius quoque laudis magnam partem tua Nobilitas cum reliquis principibus Christianis conspirando virtutemque et fortitudinem suam in defensione Christi exercendo et presentibus et posteris temporibus assequatur. Dat. Rome apud Sanctum Petrum sub annulo piscatoris die penultima Novembris 1513 pontificatus nostri anno primo

Ja. Sadoletus

Leo pp. x

Charissime in Christo fili noster Salutem et apostolicam benedictionem. Nunciatum nobis est in Regno Ungarie tumultus quosdam et seditiones excitatas esse earumque causa timendum plurimos exoriri tamque intestina bella contra Carissimi in Christo filii nostri Wladislai Hungarie Regis tue Mtis germani voluntatem verendumque esse nisi tempestive illa sedentur ne animati ea occasione Turce Regnum illud invadant cui vicinissimi sunt. Quodquidem Regnum cum quasi antemurale quoddam semper fuerit Christianorum populorum magnum afferre posset ea res tum periculi universe Christiane reipublice tum plane etiam detrimentum. Que cum ita se habeant Mtas autem tue Regna sint cum Hungarie Regno

Conmotissima, cogs periclitat, ceteris orthodoxe fidei populis ac pri-
mum tuis eadem pericula immineat Mtasq tua propterea eo-
rum Hongarie Mti veluti germano fratri ~~tuo~~ presto esse ac favere
debeat, Esset nobis pergratum si bello Moscovitano quo te im-
plicitum esse intelligimus vel confecto quoquomodo vel si id nullo
fieri pt suspenso ad fines Regni Hungarie te conferres ac pro
statu eius provincie fusius tui bene componendo qui vt ante pridie
vnice diligens vnarum eius Mti consuleres, ne maiori viris com-
munibus occasio atqs commoditas prebeant Regnum quidem Hongarie
primum quod avertat deus, deinde alias atqs alias Christianorum
provincias occupandi. Ideoqs vt facias Mtem tuam in domino cuius
dignitas et status salus nobis cordi admodum est diligenter hor-
tamur Dat Rome apud Sctum petrum sub annulo piscatoris
die xvij Julij 1 5 1 4 pont nri anno secundo

P. Bembus

Julius papa ij

Charissime in Xro fili nr Salutem et aplicam ben. Superioribus
mensibus cum incliti germanie principes conventuri apud augustam
vindelicorum dicerentur omniumqs ferme opinio nra presertim esset eos ali-
quid decreturos pro expeditione sanctissima contra pfidos Turcos Chri-
stiani nominis hostes acerrimos decernenda et capescenda noluimus occa-
sioni deesse Sed nuncium nrum illuc propere misimus Venerabilem virum
fratrem Achillem Epm Civitatiscastelli referendarium nrum domesticum
Nostrum et aplice sedis cum ptate legati de latere oratorem doctrina
integritate prudentia et dexteritate ingenij preditum, qui princi-
pes ipsos ad quos nos vniversos et singulos in eam sententiam
scripsimus ad decernendum aliquid Christiane Reipe salutare et ex-
peditioni ipi sanctissime necessarium auctoritate et nomine nro adhor-
taretur periculaqs ab ipsis Turcis et alijs Christiani nominis hostibus
imminentia ante oculos poneret, quod ipse Epus cum summa fide
et diligentia fecit. donec Conventus ipse dirimeretur Nunc in ger-
mania suo functus officio ad Carissimum in Xro filium nrum Vla-
dislaum Ungarie et Bohemie Regem fratrem tuum germanum et de-
inde ad tuam Serenitatem se conferret in te cum et fratre tuo predicto
maximam spem huius sanctissime expeditionis suscipiende et Reipe
Christiane propagande locavimus Nam et propinquum vestri sanguinis

Et verum proprium est contra salutiferae crucis hostes pugnare et
per litteras atque nuncios saepe professi vos estis desiderio nostro et huic
sanctissimae expeditioni in quam et nos altissimo permittente ani-
simus, non defuturos hortamur igitur tuam Serenitatem ut ipsum Sigismundum
oratorem nostrum pro laudabili sua consuetudine pie benigne recipere
et que nostro sanguine expositurus est credere velit dat Rome
apud sanctum petrum sub annulo piscatoris die xxiiij aprilis
1510 pont nostri anno septimo

/ Sigismundus

Julius pp ij

Charissime in Christo fili noster salutem et apostolicam ben. Ex dilecto filio
Baptista petratino praefecto Stratigotorum nostrae palatinae cohortis in-
tellleximus detineri iussu tuae Serenitatis Nobilem virum Albertum
Barchtoldum qui sororem dicti Baptistae in matrimonio habet
et qui Mti tuae dudum carus fidelisque fuit. Quare ipsius Bapti-
stae quem ob eius egregiam fidem virtutemque militarem plurimum
amamus desiderio annuentes eundem Albertum Mti tuae duximus
commendandum ut eum pietate et clementia regia prosequaris
id erit nobis plurimum gratum dat Rome apud sanctum petrum
sub annulo piscatoris die prima Junij 1510 pont
nostri anno septimo

/ Sigismundus

Universis et singulis et singulis tam Ecclesiasticis quam secularibus prin-
cipibus ducibus palatinis castellanis comitibus dignitariis ac officia-
libus nec non tenentibus castrorum et civitatum atque villarum praefectis
ceterisque etiam officialibus et ministris quibuscunque existentibus in ditione Regni nostri et dominiorum nostrorum ubilibet [illegible] publicisque et
privatis ut non cuiuscunque ~~[illegible]~~ status ac fidelibus dilectis
favore et gratia Regia, sinceris et fidelibus nostris omnibus et singulis
dilectis, Cum nobis ~~Imp~~ Sacrae Imperialis ~~[illegible]~~ Romanorum [illegible] [illegible]
nostrae Caesareae [illegible] et oratoribus [illegible] tam [illegible] [illegible] fuerit per Regna
et dominia [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] ac [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] tamen [illegible] ex absentia nostra a Regno [illegible] [illegible] [illegible]
Sacrae [illegible] aliquid [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] exhibitores Im-
peratoris [illegible] [illegible] [illegible] Regia nostra [illegible] [illegible] et
[illegible] ad [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et [illegible] ad nos [illegible] et apud nos [illegible] et a nobis [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] [illegible] [illegible] et
[illegible] [illegible] [illegible], Et si opus fuerit [illegible] ad [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] ob Sacrae [illegible] Im-
perialis amorem [illegible] et [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
et singulis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] ut [illegible] exhibitores [illegible] Imperialis
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible]
[illegible] et [illegible] ~~[illegible]~~ [illegible] in Regno et dominiis nostris
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible] [illegible].
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] [illegible] Datum

A Circ

pressowetze Caratkowske Ab
Mona Conter Ju

do

Kasser in vassern dobok Tho

mas

Opaten mo

A do

Sredzyn nat Cu Nativitas

Steph

Vrzadow ius

pu

Srender To

mo

Szzoder A Sil

Ci

So

Lamrd o

la

mus

Bestey E

B pi

Ljpen Si

bi

Ven

Karacz di

rat

Karaczasony hur

Sechaczeny B Fel

li

Belzony Mar

ul

Chelmny pri

Sancony Sca

Fab

pensser B hane in Olandintz

Vin

ren

ti

Pau

po

no

468

468

B bi
li
lu
men
bri
pue
bla
septuagesima B sus
Ar
dor
fr
ben
Ab
sus
B la
sti
ou
vu
Lent
Su
li
B Con
mu
gr
Tuus
pe
tru
Ma
B thi
any
in ~~ta~~
~~Ma~~
do
Mar
re
us
B Tenus
la
ci
te
de
re
te
B Tuil
Bes

BIBLIOTH: UNIV. JAGELLONICAE

ZYGMUNT AUGUST KRÓLEWIC.

[illegible] fortificati [illegible]
[illegible] exierunt de egypto [illegible]
[illegible] voluerunt ingredi terram [illegible]
[illegible] que vicina est. ut [illegible] Exo.
[illegible] philisteis qui habitant in geth [illegible]
[illegible] quod possidebant tunc adeo [illegible]
[illegible] Genesis. xv°. Semen eius futurum
[illegible] quadringentis annis qui no
[illegible] hoc non videtur verum [illegible] intra [illegible]
[illegible] multitudinis. Coram patribus eorum
[illegible] egypti. nulla autem mirabilia legimus
[illegible] tempore moysi. qui longo tempore
[illegible] morte [illegible] Item [illegible]
[illegible] egypto [illegible] servitute [illegible]
[illegible] inde egredi [illegible] volunt [illegible]
[illegible] melius exponitur de filiis israel. qui
[illegible] possederunt [illegible] amor
[illegible] filii effraim
[illegible] moventes eo quod [illegible]
[illegible] hoc est [illegible] filii
[illegible] filii effraim [illegible]
[illegible] Sicut enim [illegible]
[illegible] nullis [illegible] ita
[illegible] Intenden
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

in israel fuerunt in manibus eorum salvati. Coram patri-
bus eorum fecit mirabilia in terra egypti. Videtur quod debet
Coram eis. quia loquitur de eis qui exierunt de egyp-
to. ut patet per psalmum precedentem et subsequentem. Ad quod dicen-
dum quod com[munit]er filii eorum iam pueri exierunt cum patri-
bus. sicut naason cum aminadab patre suo. et sic de a-
liis. Vel dico licet patres et filii illa mirabilia vidissent
cum scriptura facit memoriam de patribus magis quam de filiis
quia erant honorabiliores et principaliores. Potest et
aliter dici de mirabilibus factis in persona moysi. de quo
dicunt hebrei et satis probabiliter. sicut ego posui super illud
Exodi iiii°. Quis fecit surdum et mutum videntem et cecum
quod cum adductus fuisset coram pharaone ut occideret[ur]
pro interfectione egyptii. Exodi secundo. speculator qui debe-
bat eum occidere fuit tunc percussus cecitate et sic moy-
ses evasit. pharao etiam videns eum recedentem. factus
est mutus ad horam. [illegible] quod non poterat servis suis pre-
cipere ut caperent eum. et servi sui ita attoniti ac si essent sur-
di [illegible] Et sic ex talibus miraculis moyses fugit. Ubi-
[illegible] autem mirabilia fuerunt facta in iuventute moy-
si. qui in egressu de egypto fuit octoginta annorum. Exo-
di vii. Et sic ista mirabilia non fuerunt visa [illegible]
de egypto exeuntibus. sed solum [illegible]. In campo
thaneos. Campus civitas est egypti [illegible] quod
tenebant ibi regia [illegible] quod [illegible]
[illegible] Stulti principes thaneos sapientes consiliarii
pharaonis dederunt consilium insipiens. Et quia per
[illegible] regis totus egyptus flagell[illegible]
diversis plagis civitas regis et terra principum [illegible]
[illegible] quod de illa fit specialis mentio. Similiter [illegible]
ferat [illegible] admirabilia [illegible] moysen facta ut
predictum est. visibile est quod hic fuit in campis. et quia rex
frequentius habitabat. Interrupit. Hic consequenter describuntur
[illegible] in mari rubro exhibita cum dicit. Interrupit
mare et perduxit eos. quia sicco pede [illegible] eos [illegible]
ut habetur Exodi xiiii°. Et statuit aquas quasi in utre. Aque
[illegible] in utre. ne [illegible] eodem modo [illegible]
[illegible] divise [illegible]
[illegible] ut ibidem di-
[illegible] Et deduxit
eos in nube diei [illegible] columpna nubis [illegible] ut ibidem
habetur. [illegible] ab ardore solis
[illegible] columpna [illegible] tenebris noctis.
quia [illegible] mare rubrum [illegible] tempore
[illegible] nocte [illegible] una columpna
ignis et nubis [illegible] dictum fuit Exodi xiiii. Inter-
rupit. Hic ponitur beneficia exhibita in deserto [illegible]
[illegible] aliqua [illegible] fit hic mentio [illegible] aque [illegible]
[illegible] Exodi xvii [illegible] aque de petra oreb
[illegible]